Salue Regina mater
Misericordia vita dul
cedo e spes nostras salue

s tan

[redacted]

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΡΗΤΟΡΟΣ

Ἀθηναίου λόγοι Ὀλυνθιακοὶ τρεῖς.

# DEMOSTHENIS ORATORIS ATHENIENSIS OLYNTHIACÆ ORATIONES TRES, ANALYSI DIALECTICA, Rhetorica, Hiſtorica, Ethica & Politica à MARCO BEVMLERO Tigurino ita illuſtratæ, vt vel mediocriter in lingua Græca eruditi, eas ſine difficultate legere poſſint.

*Acceſſit in ſine earundem orationum Latina interpretatio, à* D. RHODOLPHO COLLINO, *qui multos annos magna cum laude Græcas literas publicè docuit, ita elaborata vt vice longi commentarij eſſe poſſit.*

FRANCOFVRDI

Apud Ioannem Wechelum, impenſis Roberti Cambieri.

M D LXXXV.

Bien. F. 11. 5 (6)

# AMPLISSIMO ET CONSVLARI VIRO, NOBILITATE, PRVDENTIA, ET PIETATE PRÆSTANTIſſimo, inclytæ Reipub. Tigurinæ Senatori grauiſſimo, D. IOANNI CELLARIO, patrono ſuo plurimùm reuerendo.

*QVANQVAM, vir ampliſſime, omnis gloria quæ virtute comparatur, homini libero iucunda & grata eſſe, nec non ab omnibus ſapientibus magni æſtimari debet: nulla tamen præclarior, nulla verior, nulla conſtantior laus eſt, in rebus humanis & politicis, quàm ea quæ, propter præclara in patriam & ſuos ciues merita, bono viro conceditur. Hinc præclara illa vox Ciceronis, omnibus ingenuis hominibus perpetuò meditãda: Nihil eſt ex omnibus rebus humanis præclarius aut præſtantius, quàm de Repub. bene mereri. Oſtentant quidem alij ſuas diuitias, iactitãt alij maiorum imagines & præclara ſtemmata, alij rerũ cognitione, artibus variis, corporis viribus excellentes ſeſe cœlum contingere poſſe arbitrantur, alius alia in re ſibi laudem quærit: quæ tamen omnia dedecori potius ſunt quàm ornamento, plus officiunt, quàm proſint, magis obſcurant quàm illuſtrent ſuos poſſeſſores, niſi in patriæ ſalutem conferantur. Hæc verò ita eſſe, etſi omnibus promptum eſt, tamen aliquot rationibus confirmabo: vt obuiam eatur ijs, qui hãc ſententiã verbis extenuare conantur. Nam primò quam aliam ob cauſam Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Æmilios, & alios penè infinitos, vt Reip. ad cuius gubernacula ſedebant, conſulerent, ſuam ſalutẽ poſteriorem ſalute cõmuni*

duxiſſe, priuata cõmoda publicorũ cauſſa neglexiſſe, vitã deniq; pro ciuiũ incolumitate reddidiſſe? quàm vt gloriã eã adipiſcerentur, quæ vigeret memoria ſeculorũ, q̃ poſteritas aleret, quã æternitas ſemper intueretur. Siquidẽ eis perſuaſum erat, gloriã eſſe illuſtrẽ & peruagatã multorũ & magnorũ vel in ſuos ciues, vel in patriã famam meritorũ. Siquidem ẽt certum eſt, eos in laboribus, quos diurnos nocturnosq; ſuſtinuerunt, in periculis, quibus ſæpenumero grauiſsimis perfuncti ſunt, in vigilijs & curis quibus perpetuò angebãtur, nihil aliud propoſitũ habuiſſe, q̃ gloriã & cõmemorationem nominis ſui omni poſteritate adæquandã. Deinde verò in omnibus bene moratis & rectè conſtitutis Rebuſp. quæ poſt homines natos floruerunt, nulli hominũ generi maiores honores habiti fuerũt, nulli maiora præmia propoſita, nulli ampliora munera data, q̃ ijs qui patriã conſeruarũt, adiuuerũt, auxerunt. Hinc tot ſupplicationes decretæ: hinc tot triũphi acti: hinc tot trophæa erecta: hinc tot ſtatuæ cõſtitutæ: hinc tot hymni, tot verſus Poetarũ, tot panegyres oratorũ elaboratæ literisq; proditæ ſunt. Quæ certè nunquam vſurpaſſent bene moratæ Reſp. niſi eam demum veram, ſolidã & perfectam gloriã exiſtimaſſet, quæ ex beneficijs patriæ datis ad optimum quemq; dimanat. Deniq; ratio quoq; ipſa docet & natura, ꝙ illuſtres Reſp. tot ſignis & indicijs cõprobarũt, nihil videlicet præſtantius aut homini magis optandum ex rebus humanis, quàm gloriã, qua quis ob merita in patriã fruitur, eſſe. Nam ſi pulchrũ, ſi præclarum, ſi pium, ſi deniq; omni laude & præmio dignũ iudicatur, parẽtibus, propter quos hanc lucem aſpicimus, ἀντιπελαργεῖν, hoc eſt ciconiarũ inſtar gratiã pro immẽſis laboribus, quibus in nos educandis perfuncti ſunt, referre, eorũq; afflictam

ætatem

*ætatem conſolari & erigere: quãtò quæſo glorioſius, quãtò ſplẽdidius, quãtò admirabilius eſt, patriæ, quæ communis eſt omniũ parens, à cuius ſalute omniũ ciuiũ ſalus pendet, ſuccurrere, benefacere, ornamento & adiumento eſſe? Laudatur equidem Ioſeph ob pietatẽ, quam erga patrem ſuum, dum in hac vita fuit, multis modis declarauit: ſed multò amplior eſt ea gloria, quã ex admirabili illo beneficio, quod toti Ægypto, atq; adeò toti terrarũ orbi, ſua pietate, prudentia, & ſagacitate præſtitit, eumq́; ab interitu vindicauit, ſibi peperit. Magna & egregia laus eſt Dauidis, ꝙ rex florentiſſimi potentiſſimiq́; regni conſtitutus, tanta in patrem obedientia fuit, vt ẽt ouium curam non abijceret, vt ẽt cum vitæ periculo leonẽ, patris oues infeſtantem, interimeret. Sed multò illuſtrior eſt illa gloria, quàm è proſtrato terribili patriæ hoſte, Goliatho videlicet, conſecutus fuerat. Suſpiciunt meritò omnes pietatem Epaminondæ Thebani, qua ſibi ſummæ voluptati eſſe dixit, ꝙ parentes ſuæ gloriæ & triumphi ſpectatores haberet: è quo ſciebat eos maximo gaudio perfuſum iri. Sed multò maioribus laudibus eiuſdem pietas extollitur & virtus, qua multis deuictis hoſtibus patriam periculis liberauit, præclaris victorijs illuſtrauit, eiusq́; libertatem ſtabiliuit. Cauſæ verò huius, ſi quis forte requirat, in prõptu ſunt. Quod enim patriæ benè benigneq́; fit, id quoque non ſolùm ad ipſos parentes redit, ſed ad coniuges, liberos, cognatos, cæterosq́; quos charos habemus, redundat. Stãte. n. patria, incolumes ſunt parentes, incolumes liberi, incolumes coniuges & cognati, cæteraq́; omnia, quæ nobis curæ & cordi ſunt. Libertate fruente patria in libertate & tranquillitate viuunt parentes, viuũt liberi, viuunt coniuges & cognati, cæteraq́; omnia nobis grata. At con-*

*tra ruente patria, omnia ſimul intereant neceſſe eſt. Sub*
*iugū miſſa patria, in ſeruitutis triſtiſſimū piſtrinū detru-*
*dūtur parentes, liberi, cognati, & omnia quæ magni faci-*
*mus. Quapropter grauiter & verè dixit Valerius Maxi-*
*mus: Patriæ maieſtati ēt illa quæ Deorum numinibus æ-*
*quatur, autoritas parentum vires ſuas ſubiecit: fraterna*
*quoq; charitas æquo animo ac libenter cedit: ſumma qui-*
*dē cū ratione: quia euerſa domo, interdū Reip. ſtatus ma-*
*nere poteſt: vrbis ruina penates oēs ſecū trahat neceſſe eſt.*

*Sed quorſum hæc tam multa de pietate in patriā, dices*
*fortaſſe, vir ampliſſ. Non equidē horſum vt te ad patriæ*
*noſtræ inclytæ, cuius adminiſtrationi nūc aliquot annos*
*non minore cū laude q̃ emolumento præfuiſti conſulendū*
*beneq́; faciendū exuſcitem. Quorſum. n. attinet bene fe-*
*liciterq́; currentē calcarib. incitare? Quam. n. eam charā*
*habeas, quāti eius libertatē, q̃ ſibi virtute ſingulariq́; Dei*
*gratia cōparauit, facias: teſtantur varij labores grauesq́;*
*occupationes quas cum omniū admiratione humeris tuis*
*ſuſtines: teſtantur magna cū difficultate coniunctæ lega-*
*tiones, quas paucis ānis multas obijſti: teſtatur deniq; ſtu-*
*diū tuū & beneuolētia, qua eos quos patriæ ꝓdeſſe intelli-*
*gis, aut quos ꝓfuturos ſperas, cōplecteris promotosq́; cupis.*
*Neq; ēt illa ideò à me dicūtur, vt te eorū ignarū commo-*
*nefaciam. Quid. n. opus eſt memorē monere, aut noctuas*
*Athenas importare. Quæ. n. excellens tua ſit rerū cogni-*
*tio, quàm accuratū exquiſitumq́; de vera virtute & lau-*
*de iudicium: teſtantur prudentia cōſilia, quibus te noſtræ*
*patriæ perpetuo conſulere inter omnes conſtat. Sed quor-*
*ſum, quærat aliquis denuo, iſta? Horſum videlicet, vt*
*primò omniū noſtra patria intelligat, quantū tibi, quan-*
*tū cæteris in ipſa adminiſtranda collegis reuerendis vir-*

*tute pietateq́; ſpectatis debeat: & quàm ardentibus votis Deũ exorare neceſſe habeat, vt vos diu ſaluos & incolumes cõſeruet, vt ſpiritum fortitudinis, ſapientiæ, æquitatis amorem publici boni in vobis omnibus, ſicut hactenus ita & in poſterũ foueat, nec vnquã extingui patiatur. Equidẽ neminem vel de ſua ſalute vel de publica adeò nihil cogitare puto, vt non intelligat vnã & præcipuam cauſam interitus præſtantiſſimarũ Rerumpub. fuiſſe; quàm quod ſubditi ſuos magiſtratus, qui in patriæ ſalute cõſeruanda omnẽ operã, curam, cogitationes, mentem deniq; totam fixerunt & locârunt, vel non eum qui par erat, honorem habuerunt, vel non ea animorum promtitudine, qua decebat, eorum conſiliis paruerunt, vel etiam penitus neglexerunt. Atq; hæc ita eſſe, vt alia infinita præteream, docent nos duæ Reſp. quæ olim florentiſſimæ fuerunt, nunc verò iacent, Attica nimirum & Romana. Nam cum illa Demoſthenis cõſilia ſaluberrima aſpernaretur, atq; ſeſe indulgentibus cæci populi affectibus applicaret, paulatim debilitari ac iucundiſſimo libertatis fructu amiſſo, in ſeruitutem redigi cœpit. Illa verò poſtquam Ciceronis eiuſq; paucorum ſociorum ſalutaria conſilia aſpernaretur, ſtatim è veſtigio defloruit. Quapropter maximè neceſſarium eſt, vt vulgus ingratum ſæpe erudiatur: quàm videlicet res ſit pretioſa, quã neceſſaria, quàm ſalutaris, quàm magni facienda, magiſtratus ſapientia, rerum cognitione, vſu, pietate in primis & amore in patriam excellens: cui nimirum nihil prius, nihil antiquius ſit, quàm patriam in optimo ſtatu conſeruare, beneq́ue fundatam ad poſteros propagare. Deinde hæc quoque ideo commemoraui, vt omnes intelligerent hanc meam προσφώνησιν ad te non ſine ratione*

*inſtitutam eſſe. Nam cum his tribus orationibus, quas ſucciſiuis horis,* γυμνασίας χάριν, *meis meditationibus illuſtraui, nihil aliud agatur, quam vt grauiter, copiosè & elegāter viri politici,* εὐγνώμονος καὶ δυνατοῦ εἰπεῖν, *de Rep. grauiter ægrotanti & afflicta conſeruanda explicetur: quem quæſo, in earum editione, potius compellarē quàm eum, qui verè politicus eſt? cui potius hāc meam opellam dedicarem, quàm ei qui dies nocteſq́; totus in Reip. negotiis occupatur? quē potius patronum mihi eligerem, quā eūq; & ſententijs bonus eſt, & facundia clarus? cui deniq́; hunc meum ingenij fœtum acceptum ferrem, quàm ei cuius ſumma in me merita conſtant, & qui mihi meiſq́; ſtudiis optimè proſpectum cupit? Accipe igitur vir ampl. quod tuam erga bonas literas ſtudium eſt, ſerena fronte Beumleri tui* ἀντίδωρον ὀλίγον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων: *attamen animi grati tuiq́; obſeruantiſſimi* τεκμήριον ἀσφαλέστατον. *Deus pater te cū lectiſſimis tuis fratribus, inter quos clariſſimum virum D. D. Georgium, Reip. noſtræ medicum* πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, *ob virtutem & merita veneror & obſeruo, totaq́; Cellariorum florenti familia, ad nominis ſui gloriam, ad patriæ ſalutem augeat, conſeruet, ab omni malo cuſtodiat: id quod aſſiduè precor. Perſcripſi Heidelbergæ anno Chriſti 1585, ipſis Calendis Martij, quibus olim Prophetarum & piorum* τοῦ λαοῦ ποιμένων *Coryphæus Moſes, annos centum & viginti natus ex hac mortali vita in cœleſtem illam patriam traductus fuit.*

Tuæ amplitudinis obſeruantiſſimus Marcus Beumlerus Tigurinus.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΑΘΗναίου ῥήτορος Ὀλυνθιακὸς λόγος πρῶτος.

Hic eſt titulus ſiue inſcriptio orationis, quæ continet προλεγόμενα orationis : quo nomine nobis, vt præſenti tractationi maiorem lucem afferamus, diligenter conſideranda eſt.

Δημοσθένους] Primum prolegomenon eſt cauſa efficiens orationis, Demoſthenes nimirum: cuius vita à Plutarcho in Parallelis deſcribitur & cum vita Ciceronis confertur. Nomen autem Demoſthenis componitur ex nomine δῆμος populus, & σθένος robur : quia videlicet robur & columen fuit, cui populus Athenienſis innitebatur. Quanquam mihi videtur nomen hoc commodius & rei veritati cõuenientius exponi per metonymiam effecti : vt dicatur Demoſthenes robur populi: quia doctis ſuis orationibus, grauibus ſententiis, prudentibus conſiliis populum Athenienſem excitabat, roborabat, & aduerſus externos hoſtes animabat. Notum enim illud Poetæ:

*Conueniunt fatis nomina ſæpe ſuis.*

Ἀθηναίου] Cauſſa efficiens duobus adiunctis ſiue epithetis deſcribitur, differentiæ videlicet cauſſa. Prius eſt patria, ſiue cauſſa, vt loquuntur logici, conſeruãs: vrbs videlicet Athenarum: quę Demoſthenem excepit, aluit, fouit, inſtituit, ad altos honorum gradus euexit. De Athenis non neceſſe eſt, vt plura dicantur : quia ex hiſtoriis omnibus notæ ſunt. Cicero, vt hoc ſolum addam,

*Athenas appellat omnium doctrinarum inuẽtrices: & in ijs affirmat ſummam dicendi vim inuentam & perfectam eſſe.* 1. de Orat. In oratione pro Flacco idem ait, *Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Patriæ igitur celebritas auctori noſtro non paruam eruditionis exiſtimationem conciliare debet.

Ῥήτορος] Alterum adiunctũ exprimit eius ſtudium, doctrinam & vitæ genus. Fuit enim ῥήτωρ orator, ἀνὴρ videlicet εὐγνώμων, δυνατὸς εἰπεῖν, vir bonus & bene ſentiens, dicendi peritus, vt præclarè loquitur Æſchines in oratione contra Cteſiphontem. Notãdum itaq; hic non eſſe κατὰ παντὸς, id eſt ſemper perpetuoq; obſeruari diſcrimẽ, quod quidam ſtatuunt inter rhetorem & oratorem: quippe cum hoc loco, vt etiam in aliis multis rhetoris vocabulum non minus pro ciuilium cauſſarum actore, quàm pro præceptionum rhetoricarum doctore accipiatur. Qualis autẽ quantusq; orator extiterit, cum orationes eius elegantiſſimæ, tum præclara & grauia præclarorum & grauium virorum de eo iudicia & eulogia teſtãtur. Plutarchus in eius vita hæc ponit inter alia multa. Καὶ καθάπερ Λαομέδοντα τὸν Ὀρχομένιον λέγουσι καχεξίαν τινὰ σπληνὸς ἀμυνόμενον δρόμοις μακροῖς χρῆσθαι, τῶν ἰατρῶν κελευσάντων, εἶθ' οὕτως διαπονήσαντα τὴν ἕξιν, ἐπιθέσθαι τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι, καὶ τῶν ἄκρων γενέσθαι Δολιχοδρόμων. Οὕτως τῷ Δημοσθένει συνέβη, τὸ πρῶτον ἐπανορθώσεως ἕνεκα τῶν

ἰδίων

ἰδίων ἀποδιώ τι πρὸς τὸ λέγειν, ἐκ τούτου κτησάμενος δεινότητα καὶ δύναμιν, ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἤδη, καθάπερ στεφανίταις ἀγῶσι, πρωτεύειν ἀπὸ τοῦ βήματος ἀγωνιζομένων πολιτῶν. Id eſt, *Quemadmodum Laemedonta Orchomenium aiunt vitium quoddam ſplenis depellere volentem, longis curſibus de conſilio medicorum vſum, poſtea corpore labore ſubacto, animum appuliſſe ad ſacra certamina, atque in numerum optimorum Dolichodromorum veniſſe. Idem Demoſtheni vſu venit, qui primùm recuperandorum ſuorum bonorum cauſſa ſeſe ad eloquentiæ ſtudium accinxit, & inde parata copia & facultate, in Reipublicæ negotiis, vt in ſacris certaminibus, excelleret omnes ciues in palæſtra dicendi certantes.* Item ibidem. Ἀναγινωσκόμενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσι. Id eſt, *Orationes Demoſthenis ſi legantur, multum artificio & facultate excellere deprehenduntur.*

Lucianus in Encomio Demoſthenis inter alia multa hæc præclarè, verè, & magnificè ſcribit. Ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὀνόμασι καταπυκνῶν τὸν λόγον, ταῖς δὲ διαθέσεσιν ἐξακριβῶν τὰς πιθανότητας. λαμπρὸς μὲν τῷ μεγέθει, σφοδρὸς δὲ τῷ πνεύματι, σωφρονέστατος δὲ τῇ τῶν ὀνομάτων καὶ νοημάτων ἐγκρατείαν, ποικιλώτατος δ' ἐναλλαγαῖς χημάτων μόνος γέ τοι ἔμψυχον, οὐ σφυρήλατον παρείχε τὸν λόγον. Cic de claris oratoribus breuiter quidem ſed grauiter commendat Demoſthenem ad hunc modum: *Nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenē facilè dixeris. Nihil acutè inueniri potuit*

*in eis cauſſis quas ſcripſit, nihil (vt ita dicam) ſubdolè, nihil verſutè, quod ille non viderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſſè, nihil enucleatè, quo fieri poſſit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel ſententiarum, quo quicquam eſſet elatius.*

Hæc verò ideo à me referuntur, vt intelligant adoleſcentes, prudentiæ, eloquentiæ & linguæ Græcæ ſtudioſi, ſe nec otium, nec operam, nec tempus melius collocaturos, quàm ſi id lectioni Demoſthenis tribuerint, atq; eius virtutes imitari ſtuduerint. Optimè enim ſibi conſulit, qui optimi cuiuſq; ſe ſimilem eſſe, eiuſq; veſtigiis inſiſtere conatur.

Ὀλυνθιακός] Alterum prolegomenon eſt in vocabulo Ὀλυνθιακός: quo duo nobis conſideranda proponuntur. Prius eſt ſubiectum, circa quod hæc & duæ ſequentes orationes verſantur: quod ſunt Olynthij, populi Thraciæ: quibus Philippus Macedonum rex, eò quòd à ſe defeciſſent & fœdus cum ipſo initum fregiſſent, nec nō cum Athenienſibus ſocietatem coiiſſent, bellum inferre & in ſuam poteſtatem redigere tētabat. De quo plura infrà.

Alterum eſt finis, in quem & propter quem præſentes tres orationes à Demoſthene confectæ & in foro habitæ ſunt. Nam in id præcipuè diriguntur, vt exuſcitentur Athenienſes ad opem & auxilium Olynthiis contra Philippi tyrannidem ferendum, atque ab interitu vindicandum.

Vnde

Vnde rectè Olynthiacę nominãtur: quippe cum in gratiam Olynthiorum habitæ ſint, & de eorum rebus agant.

Λόγος] Tertium prolegomenõ eſt forma ſcripti huius, quæ exponitur vocabulo λόγου. Quod præcipuè bifariam ab autoribus vſurpatur. Primò generaliter: idq; vel pro ratione vel oratione: quia oratio eſt interpres mentis & rationis. Deinde verò ſpecialiter & κατ' ἐξοχὴν accipitur pro oratione oratoria: quę nimirum intelligitur conſtare Exordio, Narratione, Contentione & Epilogo. Hęc autẽ prima oratio tribus partibus principalibus abſoluitur, Exordio videlicet, Contentione & Epilogo.

Rhetores vulgò tres orationes has referunt ad genus cauſſę deliberatiuum: ad ſtatum verò qualitatis. Habitæ autem ſunt Athenis coram populo circa annum Olympiadis centeſimæ ſeptimæ quartum.

## *Argumentum orationis Olynthiacæ primæ ex Libanio.*

Libanius Antiochenus: Sophiſta, Baſilij & Gregorij Theologorum σύγχρονος, coætaneus: ſub Iuliano Apoſtata, vſque ad Theodoſij tempora vixit: ſcripſit permulta: Encomium Conſtantini & Iuliani: Declamationes, Epiſtolas, Argumenta in Demoſthenis orationes. Cuius argumentum in orationem primam ſic habet.

Prima argumenti pars continet occaſionem & propoſitionem orationis. Vbi Olynthus ab adiunctis & factis deſcribitur.

Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης, ἑλληνικὸν δὲ ταύτην τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. ἡ δὲ χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὀλύνθου. Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν ἑλλήνων τὸ παλαιὸν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ δὲ εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ὑπερεῖχεν. ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν. Φιλίππῳ δὲ τῷ μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ᾽ αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ᾽ ἀρχὰς, καὶ τοῦτο μὲν ἀνθεμοῦντα παρὰ τοῦ μακεδόνος εἰληφότες πόλιν, ἀμφισβητήσιμον μακεδόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος, Ὀλυνθίοις παρέδωκε. ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. Ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτὸν πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους, κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς φίλιππον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ᾽ αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι, καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγκεν. οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας, περὶ βοηθείας. Οἷς ὁ Δημοσθένης συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καὶ φασὶ τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν τῶν Ἀθηναίων εἶναι. σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων, οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι

Altera argumenti pars exponit tria confirmationis capita, quibus vſus eſt Demo-

πλεῖν

πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, κἀκεῖ ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον. εἰ
δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένηται ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν
ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. φησὶ δὲ δυσμά-
χητον εἶναι τὸν Φίλιππον, οὐχ ὡς ὑπείληπται, θαρσούντων
ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους. Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημο-
σίων χρημάτων, συμβουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτι-
κὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο
οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν
θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμέ-
νων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόν-
των πληγαί τε ἐγίνοντο, καί που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦ-
σαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων, ὠνητοὺς
ἐποιήσαντο τοὺς τόπους. καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβο-
λοὺς, καὶ καταβαλόντα θέαν ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ
πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμ-
βάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ
ἔθος ἤρξατο· προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μό-
νον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα δημόσια χρήμα-
τα διενέμοντο, ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστη-
σαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλε-
ως ἐλάμβανον· τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις, καὶ ταῖς ἑορταῖς
οἴκοι μένοντες, διενέμοντο τὰ χρήματα. οὐκ ἔτι οὖν ἤθε-
λον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν. ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν
θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ
γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τά-
ξιν, καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλα-
βῶς ἅπτεται καὶ περὶ τούτου συμβουλῆς. καὶ ὑπερω-
τήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά;
ἐπιφέρει μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρι-
κῶν. διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως,

ſthenes.

I. Eſt vtile & neceſſariũ, pertinetque ad cauſſam finalem.

II. Eſt facultas, pertinetque ad cauſſam efficientem.

Digreſſio in locum de pecuniæ theatralis vſu.

III. Honeſtum & glorioſum.

ἀξιοῦν αὐτοὺς στρατεύεσθαι καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥσπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν. τοῦτο γὰρ αἴτιον ἔφη τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝθιακὸς λόγος πρῶτος.

Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο, τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. Οὐ γὰρ μόνον, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκει τις, τοῦτο ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε· ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν. ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥαδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. Ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά.

## *Analyſis Logica.*

1. Prima orationis pars eſt exordium, ſuaſionibus accommodatum, breue & Atticum. Nam oratores Attici iubebantur ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, hoc eſt, ſine exordiis & perorationibus lõgis perorare cauſſas. Sunt autem exordij præſentis, licet exigui, duæ partes præcipuæ & diſtinctæ. Prior ad attentionem excitandam accommodatur,

tur,taliq́; ſyllogiſmo connexo concluditur.

*Nil dubium eſt, Athenienſes, quin, ſi vobis conſtaret, quod ex vſu Reipubl. eſſet futurum in præſenti cauſſa de qua nũc deliberatis, id magni beneficij loco eſſetis poſituri.*

*At nunc conſtat, quid ex vſu Reip. ſit futurum.*

*Ergo id magni beneficij loco habere debetis.*

2. Ἀντὶ πολλῶν] Propoſitio ſyllogiſmi primo loco ponitur: amplificatur & illuſtratur ab oratore, beneuolentiæ conciliandę cauſſa, comparatione minorum. Si quis, inquit, vobis magnum auri & argenti pondus elargiretur, magni procul dubio beneficij loco haberetis: multò verò maioris, quia patria vobis eiusq́; ſalus chariſſima eſt, faceretis, ſi quis vos erudiret de eo, quod Reipub. expediat in hoc præſenti, de quo conſultatis, negotio. Hanc propoſitionem non probat orator, ne videlicet videatur diffidere beneuolentiæ Athenienſium & amori erga patriam. Nam natura ipſa docet bonis omnibus poſt Deum patriæ plurimum tribuendum, eamq́; proprio commodo longè pręferendam eſſe. Huc facit tritum ſermone prouerbiũ quod extat apud Luc. in Encomio patriæ. Καὶ ὁ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος, τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός: id eſt, *Ac patriæ fumus luculentior eſt, quàm alibi ignis.* Notum etiam eſt illud Ciceronis 1 Offic. Chari ſunt liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omniũ charitate patria vna complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Laudatur quo-

que à bonis illud Iocaſtæ apud Euripidem in Phœniſſis:

Ἡ πατρίς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς:

*Patria, vt videtur, chariſſima eſt mortalibus.* Cui reſpondetur à Polynica:

Οὐδ' ὀνομάσαι δυναίμ' ἄν, ὡς ἐστὶ φίλον.

*Non poſſum verbis exprimere, quàm ſit res chara.*

3. Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ] Comparationis ſuperioris, qua propoſitionem augeri & explicari diximus, conſequens explanat orator πορίσματι ſiue conſectario & adhortatione ad Athenienſes. Cuius ſententia hoc ſyllogiſmo comprehenditur.

*Quicunq; de rebus dubiis in quibus patriæ totiusq; Reip. ſalus agitur, cōſilij capiēdi cauſſa conueniunt, ij certè omnes eos, qui conſilium bonum dare poſſunt, audire debent:*

*Atqui vos Athenienſes ideo in hunc locum tam frequentes conueniſtis, vt de rebus dubijs & ad Rempub. attinentibus conſilia capiatis:*

*Ergo omnes eos audire debetis, qui conſulere cupiunt.*

Propoſitionis rationem ſi requiras, reperies apud Heſiodum lib. 1. ἔργων καὶ ἡμερῶν, citante Ariſtotele lib. 1. Ethicorum.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Ὃς

Ὃς δέ κε μήθ᾽ αὐτῷ νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται. ὅδ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήιος ἀνήρ. Quæ Minutius apud Liuium hoc modo reddidit: *Sæpe ego audiui milites, eum primum eſſe virum qui ipſe conſulat, quod in rem ſit. Secundum eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipſe conſulere nec alteri parere ſcit, eũ extremi ingenij eſſe.* Huic addatur illud Ciceronis 1 Offic. *Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt adhibere homines doctos debemus, vel etiã vſu peritos: & quid iis de vno quoq; officij genere placeat, exquirere.* Hæc Cicero. Sed præſtat autoris verba explicare eiusq; rationem expendere.

4. Προθύμως] Primo conſiderabimus propoſitionis explicationem, deinde verò rationem examinabimus. In explicatione rurſus duo occurrunt mẽbra: prius ad auditores, poſterius ad conſiliarios ſpectat. In auditorib. notatur cauſſa, qua vt audiant bona conſilia & ſalutaria præcepta adduci debent. Illa autem non debet eſſe coacta & violenta, non languida & remiſſa: ſed incitata, voluntaria, & prompta. Huc apprimè conuenit illud Iſocratis ad Demonicum: ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής, *Si fueris cupidus diſcendi, multa diſces.* Vnde in eadem oratione à Demonico requirit φιληκοΐαν, ſtudium & ardorem audiendi. Hoc idem innuit Orator duobus vocabulis, ἐθέλειν videlicet & προθύμως: quorum illud ſtudium & ardorem: hoc verò induſtriam & alacritatem requirit. Nam ὥσπερ οἱ οἰκονομικοὶ καὶ ἀπὸ τῶν φίλων ὀνίνανται καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν·

οὕτω τοὺς ἐγρηγορότας καὶ προσέχοντας, οὐ μόνον κατορθοῦντες, ἀλλὰ καὶ διαμαρτάνοντες ὠφελοῦσιν οἱ λέγοντες, id eſt, *Quemadmodum rei familiaris tuendæ periti & ab amicis & inimicis utilitatem capiunt: ſic vigilantibus & attentis auditoribus & malè & rectè diſſerentes proſunt*, inquit Plutarchus in commentario de auditione: apud quem vide plura de auditoris officio.

5. Τῶν βουλομένων συμβουλεύειν] Alterum membrum explicationis ad cõſiliarios pertinet: in quibus duo potiſſimum conſiderantur: voluntas nimirum prompta & parata, & prudentia atq; experientia. Eos enim quibus voluntas & facultas conſilium dandi deeſt, audire nullo modo poſſumus. Et hoc eſt quod ait orator, τῶν βουλομένων, id eſt, qui volunt, qui geſtiunt & parati ſunt συμβουλεύειν conſilia grauia, prudentia, & ſalutaria dare. Tales audiendos paulò aliter docet Iſocrates in Παραινέσει: Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους, *Ne te pigeat lõgum iter emetiri ad eos, qui ſe vtile aliquid docturos profitentur*. Et Cicero filius de excolenda eloquentia conſilium ac rationem ex patre doctiſſimo capere volens, non ſolùm otium ſed etiam promptam paratamq; voluntatem requirit ab eo: vt eſt in initio Partit. Oratoriarum Ciceronis. Vnde omnes prudentes alterum admonituri aut cõſilium daturi, ante omnia ſuam erga ipſum egregiam voluntatem teſtificantur: vt ex eorum libris non difficile eſt colligere.

6. Οὐ

6. Οὐ γὰρ μόνον] Alterum quod in conſiliariis ſeu oratoribus conſideratur, eſt eorum diſtributio ex cauſſis: quarum reſpectu alij oratores ſunt qui dicunt pręmeditati: alij verò ea afferũt in medium, quæ ſubito & è re nata in mentem veniũt. Vtroſq; autem audiendos eſſe probat ratione ducta à fine: vnde talis ſyllogiſmus exiſtit.

*Quicunq; ideo conueniunt, vt ex omnibus rebus Reipubl. commodum & ſalutem eligant & ſanciant: ij audire debent tam eos, qui res diu multumq; cogitatas afferunt; quàm eos, quibus ſubitò aliquid in mentem nec antea cogitantibus venit, quod Reipubl. vſui eſſe poteſt.*

Huius propoſitionis ratio illuſtrabitur & confirmabitur, ſi eloquentiæ ſtudioſi ſimilitudinem Iſocratis, quę eſt in Paręneſi ad Demonicum, ſecum perpenderint: ὥσπερ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ᾽ ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ᾽ ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν: οὕτω δεῖ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν. Id eſt: *Quemadmodum apem omnis generis floribus inſidere, atque ex ſingulis vtilia delibare videmus: ita quoque erudiri cupientes nullius rei expertes eſſe, ſed vndiquaq; vtilia colligere. Nam hac quoque ratione & exquiſita diligẽtia, difficulter quiſpiam naturæ vitia ſuperârit.* Sed redeo ad aſſumtionem.

*Atqui, vos Athenienſes, ideo veniſtis in hunc locũ, vt, quid maximè ex vſu Reipub. futurum ſit, diſpiciatis & decernatis. Hæc aſſumtio manifeſta eſt.*

*Ergo non ſolùm eos, qui præmeditati dicunt, ſed etiam qui ex tempore conſulunt, audiendi vobis ſunt.*

Themiſtocles apud Thucididem lib. I. laudatur eo nomine, quod poſſet αὐτοχεδιάζειν τὰ δέοντα, id eſt *ſubitò & ex tempore diſpicere & conſulere, quod in rem eſſet maximè.* Hoc idem feliciter feciſſe Cæſarem, ex commẽtariis eius perſpicitur. Pericles verò & Demoſthenes, vt autor eſt Plutarchus, in eorum vitis & cõmentario de liberorum educatione, cõſilium dare vel voluerunt vel non potuerũt. Nam vterq; ſępenumero de rebus grauibus ex tempore ſententiam rogatus reſpondiſſe fertur: Οὐ συντέταγμαι, *Non ſum paratus.* Plutarchus in loco citato eleganter & grauiter de orationibus habendis & conſiliis ex tempore dãdis diſputat. Ac primo quidem prohibet pueris concedere copiam ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν ex tempore loquendi. Et rationem addit. *Quia, inquit,* εἰς ἀμετρίαν δεινὴν ἐμπίπτουσι καὶ πολυλογίαν, *incidunt ſeu aſſueſiunt graui immodeſtiæ & loquacitati.* Deinde verò iis quorum ætas annis & vſu confirmata eſt, καιρῶν καλούντων *neceſſitate poſtulante*, concedit facultatem liberius loquendi. Id quod probabile & planum facit eleganti ſimili: ὥσπερ γὰρ οἱ πολὺν χρόνον δεθέντες κἂν λυθεῖεν ὕστερον ὑπὸ τῆς πολυχρο-

λυχρονίου τῆς δεσμῶν συνηθείας οὐ δυνάμενοι βαδίζειν ὑποσκελίζονται. Τὸν αὐτὸν τρόπον, οἱ πολλῷ χρόνῳ λόγον σφίγξαντες, κἂν εἴ ποτε ἐκ τοῦ παραχρῆμα δεήσειεν εἰπεῖν, οὐδὲν ἧττον τὸν αὐτὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτῆρα φυλάσσουσι. *Quemadmodum ij qui lõgo tempore compedibus conſtricti fuerunt, etſi poſtmodum ſoluantur, tamẽ conſuetudine vinculorum diuturna, cum incedere non poſſint, titubant: eodẽ plane modo qui longo tempore orationem quaſi vinculis coercuerunt, etſi interdum ex tempore dicẽdum ſit, nihilominus conſuetam dicendi formam retinent.* Et hæc de propoſitione dicere libuit.

7. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός] Syllogiſmi principalis aſſumtio. Conſtat, inquit, quid factu nobis opus ſit: videlicet vobis ipſis in res veſtras omni animi corporiſq; contentione incũbendum eſſe. Hoc verò probare conatur teſtimonio tẽporis & occaſionis fineq; deliberationis præſentis. Sententia eſt:

*Quicunque rebus bene proſpectum conſultumq́ cupiunt: ij tempori ſeruire, & occaſionibus oblatis parere debent.*

*Atqui tempus & occaſio præſens quaſi voce edita, vos hortantur ad res capiendas & proprio Marte tractandas.*

*Ergo hoc omnino facere vos conuenit.*

Occaſionem oblatam ſedulò & alacriter obuiiſq;, quod aiunt, vlnis aucupãdam & vſurpandam eſſe, monẽt nos duo vetera prouerbia: *Premenda occaſio: Capiendi crines.* Celebratur etiam illud Plauti in Perſa: *Virtus eſt vbi occaſio admonet diſpicere.*

8. Ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅντινα] Complexionis loco, per ἀπορίαν ſeu dubitationẽ, breuem illam quidem, ſed acrem ponit tergiuerſationis, & cunctationis, deſidiæq; Athenienſium reprehẽſionem: qua optimas quasq; occaſiones, à Deo datas, vel negligere, vel aſpernari, vel certè non ea, qua decebat, animi alacritate captare videbantur. Declinat autem callidè & prudẽter auditorum maleuolentiam per μετάληψιν perſonæ: qua ſe quoque inter negligentes cõnumerat & eodem quo cæteros, crimine cõdemnat. Ἡμεῖς, Nos, inquit, neſcio quomodo affecti, aut quo animo ſimus erga res noſtras.

## *Analyſis Rhetorica.*

Analyſin Rhetoricam, hoc eſt troporum & figurarum explicationem & obſeruationem, nemo ſanus, vt mihi quidem videtur, vel inutilem, vel ſuperuacaneam, vel etiam puerilem iudicabit: quippe cum harũ duarum virtutum, in quibus tota elocutio conſiſtit, tanta ſit vis, vt vel ſolæ oratorem perficere poſſint. Quod Curionis exemplum docuit. Et certè Cicero in Bruto ait, *quia ſententiarum ornamentis & conformationibus præſtat Demoſthenes, idcirco à doctis, oratorum eſt princeps iudicatus.* Idem, ne fortaſſis iſta imprudenti excidiſſe videri poſſent, in Bruto repetiit: *Sententiarum figuris, ait, quia frequentiſsimè Demoſthenes vtitur ſunt qui putent eius eloquentia maxime eſſe*

*lau-*

*laudabilem*. Hæc ille. Nos igitur non minori diligentia & ſtudio Rhetoricas haſce virtutes, quàm illas logicas inquiremus, & iuuentuti ad imitandum proponemus.

1. Ὦ ἄνδρες] Exclamatio & apoſtrophe ad auditores, attentioni beneuolentięq; accommodata. Apud Latinos oratores, in principio orationis, talis apoſtrophe perpetuò, ſed ſine nota exclamationis, adhibetur. Vide orationes Ciceronis.

2. Ἐθέλειν] In hac periodo epizeuxis & epiſtrophe concurrunt: quibus idem ſonus partim continuè, partim in fine clauſularum repetitur: vnde oratio valde exornatur, & ſuauiter accinitur.

3. Πόλεις] Metonymia ſubiecti: πόλις ἀντὶ πολιτῶν: vrbs pro ciuibus: continens pro contento.

4. Σκοπεῖτε] Metaphora à iaculantibus: qui dũ collimare cupiunt, intẽtis oculis aliquandiu ſunt in ſcopum: ſic qui cõſilia capiunt, vt propoſitum aſſequantur, in eo omnem mentem & omnes cogitationes figere & locare debent.

5. Λάβοιτε] Metaphora à corpore ad animum: nam res corporeæ propriè λαβέσθαι dicuntur.

6. Τύχης] Metonymia cauſſæ efficientis: τύχη ἀντὶ πραγμάτων ὑπ' αὐτῆς δοθέντων, καὶ φυλασσομένων: fortuna pro rebus ab ipſa datis, & iis quæ ab ipſa cuſtodiuntur. Hoc modo frequentiſſimè apud Latinos in vſu eſt.

7. Καιρός] Triplex eſt in hoc vocabulo ornatus rhetoricus. Primus eſt metonymia cauſſæ: qua καιρὸς apud Ethnicos Deus occaſionis & oppor-

tunitatis, fronte capillata, occipitio caluo fictus, pro ipſa occaſione accipitur. Alter eſt προσωποποιΐα: qua tempus & occaſio vocem emittere finguntur: Tertius eſt metaphora hyperbolica: qua rei non ſolùm brutæ, ſed etiam inanimæ ſermo & vox tribuitur. Huiuſmodi proſopopœię & hyperbolæ, vt ſæpe apud Poetas, oratores, & ſacros quoq; vates occurrunt: ita quoq; magnam habēt vim τοῦ ψυχαγωγεῖν καὶ αὔξειν, animos mouendi & res amplificandi: modò commodè & exquiſitè adhibeantur.

8. Φωνὴν] Synechdoche membri: qua vox, orationis membrum, pro integra oratione vſurpatur. Similis eſt ſynecdoche pro Archia: *Quod ſi*, ait orator, *hæc vox huius hortatu conformata, nonnullis ſaluti fuit.*

9. Εἴπερ ὑπὲρ] Paronomaſia: qua idem ſonus continuè, ſed diſſimiliter repetitur.

10. Ἡμεῖς δ' οὐκ] Ἀπορία dubitatio, cū apoſiopeſi coniuncta: qua Athenienſes pungit & aculeos in eorum animis relinquit.

## *Analyſis Ethica & Politica.*

1. Bonum & honeſtum ciuem decet in conſultationibus patriæ cōmodum & ſalutem priuato commodo & magnæ pecuniæ anteponere.

2. In rebus dubiis & arduis non ſolùm ij audiendi nobis ſunt, qui res diu multumq; cogitarūt: ſed

ſed etiam ij, qui ex tempore & è re nata ſalutaria dare poſſunt conſilia.

3. In conſiliario & doctore prompta voluntas & ſapientia: in auditore ſtudium & attentio requiritur: ſecus enim dicendo & audiendo oleum & impenſa perit: vt vetus monet prouerbium.

4. Tempus & occaſionem vt diligenter aucupari & obſeruari decet: ita ſi offeruntur, alacriter captare & vti conuenit. Nam alioquin rectè de nobis dicetur:

*Ruſticus expectat dum defluat amnis; at ille*
*Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.*

Ἐστὶ δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα, ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην· ὅπως ἐνθένδε βοηθήσητε, καὶ μὴ πάθητε ταυτὸν, ὅπερ καὶ πρότερον. πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ, καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν· ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν, καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίχ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν (ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο) τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

## Analyſis Logica.

1. Alterum exordij membrum eſt ad docilitatem accommodatum: cõtinet enim propoſitionem orationis & partitionem bimembrem.

2. Ἐστὶ δὴ τά γ' ἐμοί] Prius partitionis membrum eſt de ope & auxilio mittendo miſeris Olynthiis. Sentio, ait orator, auxilium mittendum eſſe

Olynthiis aduerſus Philippum. Rationem addit à fine duplici: vt videlicet ex Attica auxilio veniant Olynthiis, & vitent calamitates, quibus antea perfuncti fuerant: cũ videlicet ipſis cunctantibus & omnia negligentibus, Philippus Amphipolin, Pydnam, Potidæam, Methonam, Pagaſas, & alia loca in ſuam poteſtatem redigeret. Huius membri ſyllogiſmus connexus hic eſt.

*Si calamitates & incommoda quæ ſuperiori tempore ſubiiſtis & toleraſtis, effugere cupitis: nunc vos oportebit auxilium portare Olynthiis.*

Connexionis ratio conſiſtit in hoc trito: *Qui vult vitare mala, vitet cauſſas eorum.* Sic Olynthij cum velint vitare agri vaſtitatem, vrbium expugnationes, & iacturas, vitent negligentiam, ex qua illa mala omnia acciderunt.

Conſequens verò connexi ſuis argumentis, quæ conſideranda ſunt, amplificatur.

3. Ψηφίσασθαι] Primũ argumentum eſt cauſſa efficiens principalis, conſultatio videlicet & decretum: quod omne factum præcurrere debet: iuxta illud: *Priuſquã incipias, conſulto opus eſt.* Item illud Iſocratis: Βουλεύου μὲν βραδέως: *conſilium cape tardè.* Item illud vetus prouerbium: ἱερὸν ξυμβουλή: *Res ſacra conſilium.* Notum etiam illud Ciceronis: *In omnibus negotiis priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens.*

4. Ἤδη] Alterum argumentum eſt adiunctum ſeu circumſtantia temporis, quam exprimit particula, ἤδη, nunc. Sentẽtia igitur eſt: Nunc in præ-

ſentia

ſentia vobis deliberandum eſt, nec res in aliud tempus reiicienda: donec videlicet res omnes è manibus elabantur. Nam conſiliũ poſt factum acta agit, & nulla cum vtilitate coniunctum eſt: quod monet illud Poetæ:

*Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo,*
*Vt fera vitarem ſaxa, monendus eram.*
*Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto,*
*Qua mea debuerit currere cymba via?*

5. Καὶ παρασκευάσασθαι] Tertiũ argumentum ſumitur ex loco effectorum: quod nihil aliud eſt quàm executio decreti auxilij matura & tempeſtiua. Conſiliorum enim & decretorum nulla eſt vtilitas, niſi expediãtur ſine omni interpoſita mora. Hinc recte Iſocrates: ἐπιτέλει ταχέως τὰ δόξαντα. Quæ Saluſtius ita reddidit: *Vbi conſulueris, maturè facto opus eſt.* Huic ſimile eſt illud Ciceronis 1 de Finibus. *Non eſt ſatis iudicare, quid faciendum, nõ faciendúmve ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo, quod ſit iudicatum.* Alexander Magnus interrogatus, qua ratione tam breui tempore tot tamq; præclaras res geſſiſſet, reſpondit: μηδὲν ἀναβαλλόμενος: ſcilicet eorum, quæ maturo & certo conſilio facere decreuerat. Memoria digni ſunt iſti verſus Heſiodi:

Μήδ' ἀναβάλλεσθαι ἔςτ' αὔριον ἔςτ' ἔννηφιν.
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος· μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει. Id eſt:
*Neque reiicias rem in craſtinum aut perendinum.*

*Inaniter enim laborans & dilator non implet horreum. Cura verò opus promouet. Semper enim dilator operis noxis luctatur.* Notum etiam eſt illud Ouid.

*Tolle moras: nocuit ſemper differre paratis.*

6. Ὅπως ἐνθένδε] Aſſumtio ſyllogiſmi continet finē auxilij decernendi & ſine mora parandi, iſq; duplex: vt videlicet ex Attica auxilium ferant Olynthiis: & non idem patiantur, quod antea ſæpenumero. Hic poſterior finis illuſtratur ſententia Iſocratis. Βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων: Cum deliberas è pręteritis exempla pete rerum futurarum. Hoc verò loco Demoſthenes in ſuo conſilio exponendo, accuratè obſeruauit id, quod alicubi monet Cicero: *In magnis memoriaq́; dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea euentus ſpectantur.*

7. Πρεσβείαν δὲ πέμπειν] Alterum propoſitionis membrū de mittenda legatione, in qua duo conſiderantur: officium ſiue finis, & ratio.

8. Ἥτις ταῦτ᾽ ἐρεῖ] Officium legatorum conſtat duabus rebus: altera eſt, vt Olynthios de volūtate Athenienſiū, hoc eſt de auxilio decreto erudiāt, iiſq; animū addant: altera eſt, vt ipſi Atheniēſium legati, non verò alij peregrini, rebus gerendis interſint & præſint. Nam ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμὸς τάχιστα παχύνει τὸν ἵππον, καὶ καλὰ κἀγαθὰ μάλιστα ἐργάζεται: *Oculus domini quam celerrimè pinguem facit equum, & honeſta bonaq́; maximè efficit:* vt præclarè dicitur à Xenophonte in Oeconomico, & à Plutarch, de liberis educand. Cic. in vaticiniū legati

officium

officium ferè eodẽ modo deſcribit: *Nuncius belli & pacis, curator, interpres, bellici cõſilij auctor, miniſter muneris prouincialis.*

9. Ὡς ἐστὶ μάλιστα] Ratio ducitur ab adiũcto, ſeu impendente periculo: ſyllogiſmus hic eſſe poteſt.

Cum metuendũ eſt, ne hoſtis aliquid de ſumma rerum adimat, nihil dubium eſt, tum mittẽdam legationem; ſocios auxiliorum promiſſione confirmandos; rerum adminiſtrationi incumbendum eſſe. Huius propoſitionis ratio redditur hiſce & ſimilibus ſententiis.

*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet:*
*Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.* Horat.
*Principijs obſta, ſerò medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.* Ouid.

Atqui nunc maximè metuendũ eſt, ne Philippus aliquid de ſumma rerũ detrahat. Hanc aſſumtionem orator adiunctis & factis Philippi probat & amplificat: vt deinceps monebimus.

10. Adiuncta Philippi duo ſunt, quæ in Imperatore plurimũ poſſunt. Prius eſt πανουργία. i. negotioſa curioſitas: quę tribuitur homini verſipelli & in omnia parato. Nam vocabulum componitur ex πᾶν omne, & ἔργον opus. Poſterius eſt δεινότης. i. aſtutia, ſolertia, & perſpicacia in rebus vtendis talis, quæ etiam metum terroremque incutere poſſit. Prius epitheton ad corpus externaque munia: poſterius ad animum eiuſque partes pertinere videtur: vt hoc loco Philippi labor in negotiis, fortitudo in periculis, induſtria

in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo (vt cum Cicerone loquar) amplificetur.

11. Τὰ μὲν εἴκων] Cauſſæ tres explicantur, & illuſtrantur eleganti actionum bellicarum diſtributione trimembri, earumq́; adiunctis. Prima actio eſt, loco cedere: ſi videlicet res, occaſio & tẽpus ita poſtulauerit. Nam tempori cedere & neceſſitati parere, ſapientis eſt: cedendo ſiquidem ſæpe vincimus. quod docet exemplum Q. Fabij Maximi, qui ſua cunctatione & patientia Hannibalem iuueniliter exultãtem emolliuit ac fregit. Altera actio eſt comminari repugnantibus: quo imperator non ſolùm animi magnitudinem declarare videtur: ſed milites quoq; ſuos ad animi æquitatem altitudinemq́; extollit: hoſtibus verò terrorem incutit. Huc facit illud Ariſtophanis prouerbij vice vſurpatum:

Ὅτι μέν τε δεῖ μάχεσθαι, λαμβάνειν τε τῶν χυτρῶν,
Τί δὲ χύτρα ὠφελήσει;
Γλαῦξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν.

*Pugnare ſimul oportet, & ollas ſumere*, i. minando terrere.

*Sed quid iuuabit olla?*
*Vlula nos tum non adibit.*

Tertia actio eſt, hoſtem calumniari: iſtius ſegnitiem & tarditatem in contemtum adducere: potentiam, & conſilia conatusq́; maledictis extenuare: quod in vtramque partem apud vulgus plurimum poteſt, iuxta illud:

*Calumnia-*

*Calumniare audacter: ſemper aliquid hæret.*

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Ἔστι δὴ δοκοῦντα] In his & ſimilibus Atticorũ locutionibus, quas annotarunt Grammatici, vide an ſit ſynecdoche ſpeciei aut etiam generis: ſin fuerit, vt reuera eſt, talem locutionem non amplius Grammaticam, ſed Rhetoricam, id eſt, tropo ornatam iudicabis.

2. Ψηφίσασθαι] Epiſtrophe ſiue homœoteleuton, quo idem ſonus ornatus & ſuauitatis cauſſa in fine clauſularum repetitur.

3. Βοηθήσοντε] Hîc quoq; epiſtrophe eſt: talis tamen vt orbẽ concinnitatis efficiat, & orationem mirificè exornet.

4. Δέος] In hac phraſi eſt metonymia adiuncti: qua metus pro rebus metuẽdis accipitur: eſt præterea hoc loco ὁμοιόπτωτον.

5. Τὰ μὲν εἴκων] Si ex hac periodo adimas duas parentheſes, habebis exemplum orbis numeroſi illuſtre: quo eadem dictio in principio clauſularum ter repetita anaphoram: in fine verò idem ſonus ſæpius iteratus epiſtrophen: vtraque verò coniuncta συμπλοκήν: tria verò paria periodi membra orbem concinnitatis efficiunt.

6. Παρασπάσηται] Vlpianus, Demoſthenis interpres, vult in hoc verbo eſſe metaphoram vel ab iis, qui ad aras cõfugiunt, & inde vi abſtrahuntur: ſiue à membro quod à corpore magno cruciatu & graui damno reſecatur. Vtraque ſen-

tentia rei prę ſentis amplificationi multum ſeruit.

## *Notæ Ethicæ, Politicæ, Antiquitatis.*

1. Res arduas & ad Rempub. attinentes conſilia antecedere debent.

2. Quæ certa ratione & prudenti conſilio decreta ſunt, ea ſine mora expedienda ſunt. Nam conſilium, niſi executio conſequatur, inutile eſt.

3. Cauſſæ, è quibus aliquando multæ grauésq; calamitates acciderunt, quãtum in nobis eſt, tollendæ ſunt. Nam non ſolùm is felix eſt, quẽ aliena pericula, ſed etiam is, quem ſua cautũ faciunt.

4. Legatos Athenienſes πρεσβείας & κήρυκας appellarunt. Mittebãt autem eos ad exteras gentes ſociasq; ciuitates, exponendæ ſenatus populiq; voluntatis cauſſa, de bello, pace, fœderibusq;, cum Reipub. tempora poſtularunt. Non ſorte, ſed populi iudicio, ad huius faſtigium muneris aſcenderunt. Carolus Sigon. de Republ. Athen. lib. 4. cap. 6.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὃ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν. Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν, καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι, πολλῷ προέχει. πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς

Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος. Καὶ ἴσασιν ἅ τ' ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. Καὶ ὅλως ἄπιστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχουσι. Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τἄλλ' ἃ προσήκει πάντα ἐνθυμουμένους, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι, καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν· χρήματα εἰς φέροντας προθύμως, καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας, καὶ μηδὲν ἐλλείποντας.

## *Analyſis Logica.*

Hactenus exordium, quo auditores attẽtos & dociles reddere ſtuduit, à nobis explicatum eſt: nunc trãſit orator, ἀποδιώξει quadam, ad alteram orationis partem, contẽtionem videlicet: in qua affert argumenta quibus Athenienſibus perſuadere conatur, vt Olynthiis aduerſus impetũ Philippi opitulentur. Sunt autẽ, ſaluo tamen aliorum iudicio, huius partis duo membra: prius refutat ea, quę populus Athen. obiicere poterat, atq; Philippi potentiam per prolepſin extenuat: poſterius ſententiam Demoſthenis confirmat.

1. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς] Refutationem inchoat prudenti & neceſſaria prolepſi. Nam obiicere poterant Athenienſes: Cum, vt modò dixiſti,

res illa tanto cum periculo coniuncta ſit, & Philippus tam aſtutus, tam ſolers ac induſtrius ſit; vix ac ne vix quidem omnes eius doli præcaueri, vireſq; frangi à nobis poterũt. Magis igitur è re noſtra fore videtur, ſi arma aduerſus eum non capiamus. Hanc verò ſuam obiectionem ab adiunctis & factis Philippi hoc ſyllogiſmo probaſſe videntur.

*Quicunque omnium rerum ſolus dominus eſt, dux, quæſtor, & qui vbiq; exercitui adeſt & præeſt, is ad negotia bellica ſine mora & opportunè conficienda multum præſtat.*

*Atqui Philippus ſolus dominus eſt omnium rerũ, dux, quæſtor, vbiq; ſuo exercitui præſens.*

*Ergo ad negotia bellica conficienda celeriter & opportunè, multum præſtat nobis, quibus illarum rerum nihil ſuppetit.*

2. Τὸ γὰρ εἶναι πάντων] Propoſitio in hoc ſyllogiſmo deſideratur. Sola aſſumtio hoc loco ponitur. Propoſitionis verò ſentẽtia apud Homerum quoq; reperitur Iliad. 2.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

*Non bonum eſt multorum dominium, vnus dominus eſto.*

Rationem verò eius ſi requiras, vt iam de Ariſtotele & cæteris taceã, reperies apud Iſocratem in Nicocle: vbi multis rationibus obtinere conatur rhetor, Monarchiam Oligarchiæ & Democratiæ domi belliq; anteponendam eſſe. Ex elegantiſſima illa oratione libet duas tãtùm ſententias,

tias, quę præſentē locū maximè illuſtrant, delibare. De negotiis pacis ait: Οἱ μὲν, ὑστεροῦσι τῶν πραγμάτων. τὸν μὲν γὰρ πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις διατρίβουσιν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τὰ συνέδρια συνέλθωσιν, πλεονάκις ἄν τις εὕροι αὐτοὺς διαφερομένους, ἢ κοινῇ βουλευομένους. Οἱ δ' οὔτε συνεδρίων, οὔτε χρόνων αὐτοῖς ἀποδεδειγμένων, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὄντες, οὐκ ἀπολείπονται τῶν καιρῶν, ἀλλ' ἕκαστον ἐν τῷ δέοντι πράττουσι. Id eſt: *Hi verò qui Democratiam aut Oligarchiā adminiſtrant, res nimium ſerò curant. Nam maiorem temporis partem in propriis adminiſtrandis conſumūt. Si verò in conſeſſu conueniant, ſæpius eos offenderis litigantes, quàm in commune deliberantes. Ipſi verò Monarchæ, cum neque conſeſſus neq; tempora ſint conſtituta, dies noctesq; rebus incumbentes, nunquam eos deficiunt tempora, ſed omnia conuenienter agunt.* De negotiis belli hæc ſententia ſequitur: Καὶ παρασκευάσασθαι δυνάμεις, καὶ χρῆσθαι ταύταις, ὥστε καὶ λαθεῖν καὶ ὀφθῆναι, καὶ τοὺς μὲν πεῖσαι, τοὺς δὲ βιάσασθαι, τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις προσάγεσθαι· μᾶλλον αἱ τυραννίδες τῶν ἄλλων πολιτειῶν οἷαί τ' εἰσί. Id eſt: *Et ad conſcribendos exercitus, & ad vtendos eos, vt nunc abſcondantur, nunc conſpiciantur, & ad perſuadendos alios, alios verò cogendos, alios porro aliis ſeruitiis præficiendos: plus valent monarchiæ, quàm aliæ Rerump. formæ.* Et hæc eſt ſententia obiectionis.

Πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς ] Hæc eſt obiectionis λύσις ſeu ſolutio: qua orator oſtendit Athenienſes falli paralogiſmo ignorationis Elenchi, ſeu

à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter: quippe cum ea, quæ Athenienſes terrebant, non ſimpliciter Philippo proderant, ſed etiam eius inſtituto obſtabant: id quod orator hoc ſyllogiſmo probare velle videtur.

Quæ impediunt reconciliationē gratię, in quã Philippus lubens cum Olynthiis ſe reſtitueret, ea neutiquam ſimpliciter ei proſunt, ſed etiam è re noſtra eſſe videntur maxime. Hæc maior eſt ibi: Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς, &c.

*Atqui quod omnia vnius Philippi dominatu tenentur, quod pacis conſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatem ſolus habet, quod vnus omnia gubernat, impedit, quò minus cum Olynthiis in gratiam redire poſſit.*

*Ergo id ſimpliciter Philippo non prodeſt: ſed etiam è re noſtra eſt maximè.*

3. Πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς] Syllogiſmi aſſumtio: in qua cũ cardo diſputationis vertatur, eam autor tribus argumentis confirmat.

4. Δῆλον γὰρ Ὀλυνθίοις] Primum argumẽtum ſumitur à fine & ſubiecto belli præſentis: quod explicatur argumento diuerſorum. Norunt, inquit, Olynthij in hoc bello non agi gloriam nominis, aut partem aliquam regionis; ſed ſalutē & libertatem patriæ in diſcrimē periculũq; vocari.

Vbi breuiter notandi tres bellorum fines. Primus eſt gloria ſeu bona fama, quæ interdum armis ſarta tecta conſeruanda eſt. De quo loquitur Iſocrates ad Demonic. in hunc modum: μᾶλλον

εὐλα-

εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον· δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν τοῖς μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτήν· τοῖς δὲ σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν, *Magis fuge infamiam quàm periculum: malis enim horribilem eſſe oportet vitæ finem: honeſtis verò & bonis vitæ infamiam.* Ad eundem modum de eadem ſententia pronunciat in Archidamo: Ἂν μὴ ᾖ πρὸς τῷ καλῷ σώζεσθαι, θάνατον ὑμῖν αἱρετέον ἐστί. Τοῖς γὰρ περὶ ἀρετῆς ἀμφισβητοῦσιν, ὑπὲρ οὐδενὸς οὕτω σπουδαστέον, ὡς ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰσχρὸν πράττοντας φανῆναι, *Quod ſi honeſtè incolumes eſſe nequimus, mors nobis optius appetenda eſt. Nā qui virtutis ſtudio ducūtur, iis nihil æquè prouidendū eſt, atq; illud ne quid turpe admiſiſſe videātur.*

Alter finis eſt, pars aliqua regionis: quā hoſtis vel nullo iure ſibi vendicat, vel vi per fas & nefas eripere conatur. Atq; ob hāc quoq; cauſſam bellum ſuſcipiendū eſſe, docet Iſocr. in Archidamo.

Tertius finis & quidem grauiſſimus eſt ſalus patriæ: quę omnib. opibus anteponenda eſt. Huc facit illud Ciceronis 1 Offic. *Chari ſunt liberi, parentes, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates patria vna complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus?* Hęc ille. Pugnandum quoq; acriter pro patriæ libertate: *Nam mors,* inquit Cicero, *eſt ſeruitute potior.* Cęterum huic loco planè ſimilis eſt locus apud Herodian. lib. 4. in Orat. Macrini Imperatoris Rom. vt hinc tranſcriptus verè videri poſſit. Ἤρτηται δὲ νῦν πᾶσα ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας τε καὶ πίστεως. Οὐ γὰρ περὶ ὅρων γῆς, οὐδὲ ῥείθρων

ποταμῶν ἡ φιλονεικία, περὶ τοῦ παντὸς δέ. *Nunc omne Romanum imperium in virtutem veſtram incumbit. Neque enim de finibus imperij aut de fluminibus, ſed de omnibus fortunis dimicamus.*

4. Καὶ ἴσασιν] Alterum argumentum ſumitur ab exemplo aliarum vrbium. Sciunt, inquit, Olynthij & teſtari poſſunt, quomodo ſe geſſerit erga Amphipolitas, qui ſeſe ei dediderunt: & erga Pydnæos, qui eum in vrbem ſuam receperunt. Nam vtroſq;, vt ex intentione oratoris colligitur, fide fracta in ſeruitutem redegit, atq; crudeliter tractauit. Horum igitur exemplo triſti moti Olynthij non facilè ſe adduci patientur, vt fidem habeant aut ſe credant Philippo. *Duo enim illa nos maximè mouēt, ſimilitudo & exemplum*, inquit Cic. 3. de Orat. Quam verò alienorū periculorum exempla ad nos terrendos & ad cautè agendum cōpermouendos vim habeant, docet elegans & cōmemorabilis ille apologus Horatij libr. 1. Epiſt. Epiſt. 1.

*Quod ſi me populus Romanus fortè roget, cur*
*Non vt porticibus, ſic iudiciis fruar iiſdem,*
*Nec ſequar aut fugiam, quæ diligit ipſe vel odit:*
*Olim quod vulpes ægroto cauta leoni*
*Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent,*
*Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.*

5. Καὶ ὅλως ἄπιστον] Tertium argumentum ductum eſt ex genere, ſeu communi ſententia & teſtimonio omnium hominum & experiētia, quæ amplificatur à maiori. Ita, inquit, cōparatum eſt inter

inter homines, vt cum in vniuerſum omnis tyrãnis, id eſt, monarchia ſuſpecta & minimè fidelis ſit (vtroq; enim modo hic locus intelligi poteſt) politiis id eſt liberis Rebuſpublicis: tum verò illa quæ finitima eſt. Vlpianus huius conſequentis rationem hanc reddit: Αὐτὸ γὰρ, inquit, τὸ πλησιάζον τοῦ τόπου, ὥσπερ εἴωθεν τὰ ἐγκλήματα τίκτειν: *Nam ipſa loci vicinitas quaſi conſueuit querelas & crimina parere.* Huic ſentẽtiæ adde quod eſt apud Euripidem in Supplicibus:

Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει,<br>
Ὅπου τὸ μὲν πρώτιστον οὐκ εἰσὶν νόμοι<br>
Κοινοὶ, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος<br>
Αὐτὸς παρ' αὐτῷ. Id eſt:

*Nihil Tyranno ciuitati infeſtius:*<br>
*Vbi primùm quidem nullæ ſunt leges*<br>
*Communes, imperatq́ue vnus, cuius in arbitrio*<br>
*Et poteſtate lex eſt.*

6. Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ἡμᾶς ] Syllogiſmi complexio, conſtans adhortatione ad Athenienſes & repetitione propoſitionis generalis. Hæc, inquit, cùm intelligatis Athenienſes & cętera omnia cogitetis, cenſeo vobis prompta parataq; voluntate bello attendere, ſi vnquam antea nunc quoq;, & pecunias contribuendas & vobis ipſis exeũdum, & nihil omnino omittendum.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς] Apodioxis, epiphonema, apoſtroppe, prolepſis.

2. Καὶ ἅμα] Añaphora.

3. Τῷ ϛρατεύματι] Id eſt militibus: Metonymia ſubiecti.

4. Πατρίδος] Metonymia ſubiecti: patria pro iis qui in patria ſunt.

5. Πολιτείας, τυραννίς] Metonymia ſubiecti: Reſpub. pro iis qui in Rep. ſunt: tyrannis pro tyrãno.

7. Καὶ ὅλως] Epiphonema.

8. Ἐθελῆσαι] In hac periodo multæ figuræ dictionum concurrunt: duæ anaphoræ & duæ epiſtrophæ: quibus oratio exornatur mirificè.

## *Analyſis Ethica & Politica.*

1. Multum præſtat ad res celeriter & commodo tempore perficiendas, ſi principes eis ipſi præſint & interſint.

2. Principem decet eſſe dominum fandarũ & nefandarum, hoc eſt non omnia conſilia omni tempore & omni homini communicare. Nam multi occiſi ſunt ideò, quod clauſa habere nõ potuerunt ſua conſilia.

3. Grauia ſunt bella, in quibus gloria & pars aliqua terræ agitur: ſed longè grauiora ſunt, in quibus patriæ ſalus & libertas in diſcrimen vocatur.

4. Monarchiæ liberis Rebuſpubl. ſuſpectæ eſſe ſolent.

5. Si intelligimus patriã laborare & de ſua incolumitate periclitari: prompta paratáq; voluntate rebus animũ non modò attendere: ſed etiã pecunias liberaliter cõferre, noſtraq́; corpora periculis obiicere debemus.

Οὐδὲ

Οὐδὲ γὰρ λόγος, οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται. Νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον· καὶ ταῦτα ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. εἰ μὲν γὰρ, ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες, ἀνείλοντο τὸν πόλεμον σφαλεροὶ σύμμαχοι, καὶ μέχρι τοῦ ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως. ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοῖς, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν, ἔχειν. Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπλωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταυτὸν, ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε.

Alterum contentionis membrum eſt confirmatio: cuius duo alia membra præcipua ſunt. In priori afferuntur argumenta, quibus Atheniẽſes excitantur ad opitulandum miſeris Olynthiis. In poſteriori modus auxilij exponitur.

Primum argumentum his verbis continetur & deſumitur à remotione cauſſarum tergiuerſationis & cunctationis Athenienſium.

*Cui nulla cauſſa, nullus prætextus intermittẽdi officium ſuppetit, is proculdubio officium ſine omni tergiuerſatione & mora facere debet.*

*Atqui vobis, Athenienſes, nulla cauſſa, nullus prætextus reliquus eſt, cur nolitis, in Olynthiis iuuãdis & Philippo oppugnando, officio fungi.*

*Ergo ſine omni cunctatione & mora officium hoc ſequi debetis.*

1. Οὐδὲ γὰρ λόγος] Propoſitio deſideratur in hoc ſyllogiſ. quare aſſumtio primo loco ponitur: ac, vt

videt intelligens lector, diſtributione bimembri, quæ comparationis à minoribus inſtar eſt, dilatatur & amplificatur. Non modò, inquit οὐδεὶς λόγος nulla vera & honeſta ratio, ſed ne veriſimilis aliquis prætextus vobis eſt, quo recuſetis bellum aduerſus Philippum ſuſcipiendum.

2. Νυνὶ γὰρ ὃ πάντες] Aſſumtionis proſyllogiſmus à proprio teſtimonio Athenienſium, & oblata occaſione, quam diu deſiderarũt Athenienſes. Nunc, inquit, ſua ſponte euenit id, quod iam diu omnes crebris vſurpatis ſermonibus, videlicet Olynthios eſſe abalienandos à Philippo. Hãc verò occaſionem à modo ſiue forma amplificat. Non ſolùm, inquit, id contigit, vt Olynthij abalienarentur à Philippo: ſed ita contigit, vt vobis maximè expediat.

3. Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν] Comparationis conſequens probatur à cauſſa inimicitiarum, quas gerebant Olynthij cum Philippo: quæ cauſſa concluditur ſyllogiſmo connexo tali:

*Si Olynthij à vobis perſuaſi & ſolicitati bellum ſuſcepiſſent; fortaſſis lubrici ſocij fuiſſent, & in ea ſententia ad tempus tantum permanſiſſent:*

*Atqui Olynthij nõ à vobis perſuaſi, ſed atrocibus iniuriis à Philippo acceptis adducti & commoti bellum ſuſceperunt, Philippũq; oderunt.*

*Ergo non erunt lubrici ſocij.*

4. Εἰ μὲν γὰρ] Propoſitio ſyllogiſmi videtur orta eſſe ex obiectione & dubitatione Athenienſium,

um,atq; nihil aliud eſſe,quàm prolepſin ſeu occupationem, qua anteuertit obiectionem de Olynthiorum inconſtantia.

5. Aſſumtio ſyllogiſmi exponit veram & propriam odij Olynthiorum aduerſus Philippum cauſſam: quę ſunt ἐγκλήματα intolerabiles & graues iniuriæ, quas Philippus ſine cauſſa intulit. Cũ hac verò aſſumtione coniungit orator complexionem: videlicet probabile eſſe, Olynthios ſibi à Philippo metuentes, & tot iniuriis affectos conſtantes & perpetuas inimicitias geſturos. Huic ſimilimum eſt quod dixit Cicero in oratione pro Sylla: *Hoc natura eſt inſitum, vt quem timueris, qui cum de vita fortunisq́ contenderis, cuius ex inſidiis euaſeris, hunc ſemper oderis.*

6. Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον] Complexio ſyllogiſmi principalis amplificata à fine & ſimili: quo Athenienſes ad captandam tam egregiam occaſionem cohortatur: ne videlicet eaſdem, quas antea ſæpenumero calamitatum & periculorum tempeſtates ſubire cogantur: ſed tandem aliquãdo verum eſſe prouerbium, παθὼν ὁ νήπιος ἔγνω, *Stultus accepto damno ſapit*, ſuo exemplo probent.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Οὐδὲ οὐδέ] Anaphora.

2. Σφαλεροί] Metaphora ab iis, qui inter eundũ fallente veſtigio titubant & concidũt. Hinc tam pro leui & inconſtante, quàm debili & infirmo accipitur: cui tutò niti & confidere nec auſis nec poſſis.

3. Ἦσαν ἴσως] Paronomaſia.

4. Οὐ δεῖ δή] Paronomaſia: epiphonema: apoſtrophe habens magnã vim excitandi auditores.

Εἰ γὰρ ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες, καὶ παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς, ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, κελεύοντες ὑμᾶς ἐκπλεῖν καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν αὐτὴν προθυμίαν, ἥνπερ ὑπὲρ τῆς τῶν Εὐβοέων σωτηρίας· εἴχετ' ἂν Ἀμφίπολιν τότε, καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἦτε ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων. Καὶ πάλιν ἡνίκα Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί, τἆλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγων διατρίβω, πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο, εἰ τότε τούτων ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως καὶ ὡς προσῆκεν, ἐβοηθήσαμεν αὐτοί, ῥᾴονι καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. Νῦν δὲ τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματα οἰόμενοι, σχήσειν καλῶς, καὶ ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον, καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πω βασιλεὺς γέγονε μακεδονίας.

## *Analyſis Logica.*

Alterum argumentum confirmationis ducitur ex loco effectorum. i. incõmodorum, ex negligentia & cunctatione Atheniẽſium ortorum, quæ explicantur ſyllogiſmo connexo:

*Si ſuperioribus temporibus vos alacres & induſtrios aduerſus Philippum præbuiſſetis, & occaſiones oblatas captaſſetis: nunc omnes res veſtræ in meliori loco ſitæ eſſent.* Ratio huius

ius propoſitionis redditur à Cic.2. de Orat. *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc colenda præcipuè eſt nobis, hæc ſemper adhibenda, hæc nihil eſt, quod non conſequatur: qua vna virtute omnes reliquæ virtutes continentur.*

*Acqui antecedentia nos non præſtitimus.*

*Igitur nec conſequens aſſecuti ſumus.*

1. Εἰ γὰρ ὅθ᾽ ἥκομεν] Propoſitio ſyllogiſmi ab Oratore non generaliter, vt à nobis formata eſt, exprimitur: ſed duobus ſpecialibus exemplis innuitur & amplificatur: vt hac ratione Athenienſibus præteritarum cladium memoriam replicet, eoſque ad res capeſſendas excitet.

2. Ὅθ᾽ ἥκομεν] In priori exemplo tria notat Orator: 1. Circũſtantiam tẽporis. Eo, inquit, tẽpore quo opitulati Eubœẽſibus domum rediiſtis anno, vt quidam volunt, decimo ante hoc bellum. Autor eſt Diodorus, ortam fuiſſe ſeditionẽ inter incolas inſulæ Eubœæ; atq; alteri parti auxilium tuliſſe Atheniẽſes, alteri verè Bœotios. Vnde bellum extitit, in quo nullum memorabile prælium cõmiſſum fuit: ſed, regione vaſtata & rebus neceſſariis exhauſta, pax coiit. 2. Cauſſas impellentes & modũ occupandi amphipolin: cauſſæ ſunt legati amphipolitarũ duo, Hierax & Stratocles: modus eſt: Non vi hoſtili, ſed ſeſe dedentes amphipolitas in fidem tutelamq; recipere. 3. Amplificationem à pari. Si tantum, inquit, diligentię & curę in veſtra ſalute tuẽda adhibuiſſetis, quantum in ſalute Eubœenſium adhibuiſtis.

3. Εἴχετ' ἂν Ἀμφίπολιν] Prioris exempli conſequens amplificatur diſtributione bimembri. Haberetis, inquit, partim Amphipolin, partim verò omnibus malis, quæ poſtea perfungēda fuerunt, liberati fuiſſetis.

4. Καὶ πάλιν ἡνίκα Πύδνα] Alterum ſpeciale exemplū illuſtratur inductione quatuor vrbium, quas Philippus, cunctantibus Athenienſibus, Olympiade centeſima ſexta, vt annotauit Carolus Sigon. cepit ſibiq; ſtipendiarias fecit.

5. Νῦν δὲ τὸ μὲν παρόν] Aſſumtio ſyllogiſmi tollit propoſitionis antecedens per contrarium, ac in ſe complectitur concluſionem amplificatam comparatione minorum.

## Analyſis Rhetorica.

1. Παρῆσαν] Pro ἀνέβησαν: ex genere ſpecies ſignificatur: ſynechdoche.

2. Πραγμάτων] Κακῶν ἤγουν κινδύνων: ex genere ſpecies: ſynechdoche.

3. Ἵνα μή] Paralepſis, cui ratio additur à fine: frequens eſt apud Demoſthenem.

4. Εἰ ποτε] Occupatio obiectionis.

Νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει· τίς; Οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων ἐκείνων. καὶ ἐμοί γε δοκεῖ τις ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δίκαιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένων καταστὰς, καίπερ οὐκ ἐχόντων, ὡς δεῖ, πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀ-

μελείας

μελείας ἄν τις θείη δικαίως· τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίρροπον, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ἀλλ', οἶμαι, παρόμοιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. Ἂν μὲν γὰρ ὅσα ἄν τις λάβῃ, καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ, συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν. Καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως. οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστὸν μνημονεύουσι. πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων, ὡς τὰ πολλά, κρίνεται. διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φροντίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι, τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα.

## *Analyſis Logica.*

Tertium confirmationis argumentum ſumitur à cauſſa procatarctica ſeu impellente, quæ eſt occaſio & opportunitas à Deo Athenienſibus oblata. Syllogiſmus hic eſſe poteſt.

*Quorum res afflictæ ſunt, & quibus è rebus malè adminiſtratis infamiæ nota inuſta eſt, iis ſumma cura adhibenda eſt, vt omnes occaſiones & opportunitates à Deo oblatas, ſedulo obſeruent, rebusq; afflictis medicinam afferant, & ignominiæ notã abſtergant.* Hæc propoſitio deeſt. Illuſtratur autem hiſce ſententiis. Menander:

Ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τευγώμενα,

Καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολύ.
Τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα,
Τὸν καιρὸν εὔχου πάντοθ' ἵλεων ἔχειν.
*Omnia grata, ſi tempore ſint vindemiata:*
*Occaſio enim longè legibus præſtat.*
*Paulo momento mutat tempus (occaſio) negotia.*
*Occaſionẽ precare, vt vbiq; propitiã habeas.* Eurip.
Σοφῶν ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ ἐκβάντας τύχης
Καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν. *(nam*
*Sapientũ id verò virorũ eſt, non egredientes fortu-*
*Occaſionẽ capere, ac alias ſimul voluptates ſequi.* Iſ.

Τὸ ἐν καιρῷ ταῖς πράξεσι χρήσασθαι, καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι, τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστι. *In rebus agendis occaſionem captare, & quæ ſingulis cõueniant cogitare, prudentium virorum totum & proprium eſt.* Hęc illi: ſed redeo ad aſſumtionẽ.

*Atqui noſtræ res noſtra negligentia ſunt afflictæ, atq; ex neglectis occaſionibus, quæ diuina beneuolentia nobis obtigerunt, ignominiam contraximus.*

*Ergo præſentem occaſionem, vt rebus afflictis conſulamus, & infamiæ notam eluamus, amplecti & vſurpare debemus.*

1. Νυνὶ δὲ καιρός] Aſſumti ſententia hoc loco ponitur: vbi primò tria notantur: primò modus occaſionis, ſeu cauſſę adiuuantis, eiusq; cauſſa principalior: modus eſt αὐτόματος ſpontaneus: cauſſa principalis ſunt Olynthij. Secundò notatur ſubiectum, cui occaſio ſpontanea ab Olynthiis contigit, id verò eſt πόλις vrbs Athenienſium. Tertiò

tiò notatur amplificatio: quæ ducitur à comparatione parium per negationem imparis. Hæc occaſio, inquit, nulla ſuperiorum eſt inferior.

2. Καὶ ἐμοί γε δοκεῖ] Dilatat aſſumtionis ſententiam occupatione obiectionis Athenienſium. Obiicere poterant: At multa non ita, vt oportet, in noſtris rebus ſe habent. Reſpondet Orator prudentiſſimè παρομολογίᾳ conceſſione, & ἀντεισαγωγῇ contraria inductione; quæ argumentum diuerſorum ſeu diſſimilium efficiunt. Etſi, inquit, vobis dent res noſtras grauiter laborare: tamen ſiquis iudex iuſtus, & æſtimator ęquus velit eſſe beneficiorum à Deo nobis collatorum, is mihi videbitur Deo magnas acturus gratias.

3. Τὸ μὲν γὰρ πολλά] Ἀντεισαγωγὴν probat Orator egregia diſtinctione euentorũ & cauſſarum, ſeu earundem cõparatione diſſimili. Quod enim multa in bello amiſimus, meritò quiſpiam noſtræ negligentiæ tribuerit: id verò non iampridem euenisse & nunc nobis oſtenſam ſocietatem, quæ ſuperiora omnia compenſare poſſit, ſi ea vti velimus, id diuini beneficij loco ponendum eſt.

4. Ἀλλ' οἶμαι παρόμοιον] Illuſtrat & probat, quod modò dixit, eleganti ſimili, quod integro ſyllogiſmo conſtat, atque ideo probè notandum eſt.

*Quod in re pecuniaria vſu venire ſolet, idem in rerum adminiſtratione accidit.* Hæc eſt ſimilitudinis ſimplex ſententia, & ſyllo-

giſmi propoſitio. Protaſeως autem explicatio, quæ cõſtat anthiteſi ſeu diſſimili, loco aſſumtionis ponitur ad hunc modum.

*Atqui in re pecuniaria hoc vſu venit, vt is, qui pecuniam acquiſitam ſeruat & cuſtodit, magnas Deo gratias agat & habeat: is verò, qui imprudens & neſciẽs eam conſumit & profundit, ſimul quoq; gratiæ quam Deo habere deberet, obliuiſcatur.*

*Ergo in rerum adminiſtratione qui occaſiones à Deo ſuppeditas obſeruãt, iiſq; vtuntur, Deo pro iis gratias agunt: qui verò eas negligunt & inutiliter præterire ſinunt, etiãſi aliquid boni à Deo euenerit, ne recordantur quidem.*

Vt iuniores hunc locum rectius intelligãt, facilius imitentur, atq; aliis in locis minori negotio ſimilia argumenta reſoluant, fert animus ſingulas ſyllogiſmi partes in textu annotare, & quomodo diſponantur, explicare.

5. Α'λλ' οἶμαι παρόμοιον] Comparationis protaſis priori loco ponitur, atque propoſitionis antecedens ſeu ſubiectum conſtituit.

6. Ἂν μὲν γὰρ ὅσα] Protaſi implicitæ ſubiungitur nunc ἐπεξεργασία ſeu expolitio, quę pro ratione huius loci argumentum diſſimilium complectitur, ac aſſumtionem ſyllogiſmi efficit.

7. Καὶ περὶ τῶν πραγμάτων] Expolitioni protaſeos ſubiicitur comparationis apodoſis, quæ propoſitionis conſequens ſeu prædicatum facit.

8. Οἱ

8. Οἱ μὴ χρησάμενοι] Hæc eſt apodoſεως explicatio, quæ vltimum in agmine locũ ſortitur, atq; complexionis vices obit. Hæc in gratiam iuniorum monere voluimus.

9. Πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον] Propoſitionis ſyllogiſmi ſeu comparationis ratio redditur ex loco communi, id eſt communi hominum conſuetudine: qui ex vltimo rerum euentu de rebus, quæ anteceſſerunt, iudicium facere conſueuerunt. Similis ſententia eſt apud Ciceronem pro Rabirio: *Hoc plerunque, inquit, facimus, vt conſilia euentis ponderemus: & cui benè quid proceſſerit, multùm illum prævidiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.* Idem lib. ad Attic. ep. 10. *Nedum hominum humilium, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex euentu non ex voluntate à pleriſq; probari ſolent.* Hanc verò hominum peruerſitatem de rebus iudicandi reprehendit Poëta:

*careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Demoſthenes in oratione περὶ στεφάνου eandem hominum pręposteram de rebus iudicandi conſuetudinem grauiter reprehendit. Τὸ μέλλον ἢ τὸ παρὸν τὴν τοῦ συμβούλου τάξιν ἀπαιτεῖ. Τότε τοίνυν τὰ μὲν ἔμελλον, ὡς ἐδόκει τῶν δεινῶν, τὰ δ᾽ ἤδη παρῆν· ἐν οἷς τὴν προαίρεσίν μου σκόπει τῆς πολιτείας, μὴ τὰ συμβαίνοντα συκοφάντει· τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται. Ἡ δὲ προαίρεσις αὐτὴ, τὴν τοῦ συμβουλεύοντος διάνοιαν δηλοῖ. Id eſt: *Futura aut præſentia conſiliarij munus requirũt: Tum*

*verò cladium impendebant aliæ, vt apparebat, aliæ iam aderant, in quibus inſtitutum adminiſtrationum mearum ſpectare, non euentum calumniari debes. Rerum enim omnium exitus talis eſt, qualem Deus eſſe vult. Ipſum verò propoſitum conſulentis animum declarat.* Hæc paulò poſt illuſtrat ſimili. ὥσπερ ἂν εἴ τις ναύκληρον πάντ' ἐπὶ σωτηρίαν πράξαντα, καὶ πᾶσι κατασκευάσαντα, εἶτα χειμῶνι χρησάμενον, καὶ πονησάντων αὐτῷ τῶν σκευῶν, ἢ καὶ συντριβέντων ὅλως τῆς ναυαγίας αἰτιῷτο. Id eſt: *Ac ſi quis nauicularium, qui incolumitatis cauſſa feciſſet omnia & nauigium rebus omnibus adornaſſet, quas ad eius conſeruationem facere putabat: poſtea tempeſtate conflictatum & fateſcentibus ei aliquibus inſtrumentis, aut prorſus etiam confractis, naufragij criminetur.*

10. Διὸ καὶ σφόδρα δεῖ] Tertij argumenti complexio eſt grauis & vehemens adhortatio ad ſtudium & alacritatem: qua tria obſeruare poſſumus. 1. Eſt ſubiectum, in quo Athenienſes ſuam induſtriam exercere & probare debent. Τὰ λοιπὰ ea videlicet curare & tueri vos decet, quæ reliqua adhuc & in veſtra poteſtate ſunt. 2. Eſt modus, quo res nondum ereptas curare debent: Is verò exprimitur σφόδρα valde accuratè: quod opponit eorum oſcitantiæ. 3. Eſt ratio adhortationis, quæ ſumitur à fine: vt videlicet Athenienſes rebus emendatis rerum malè geſtarum nigram eluant notam.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Αν-

1. Ἀντίρροπον] Metaphora: de eo propriè dicitur quod ſibi pondere reſpondet: ſiue de duobus corporibus lancibus impoſitis ob æquale pondus æquilibrium conſtituentibus. Hinc metaphoricè, par, æquale, æquipollens. Sic ἁμαρτημάτων τιμωρία ἀντίρροπος. i. pœna peccatis ęqualis. Sic hoc loco συμμαχία ἀντίρροπος τούτων ſc. κακῶν, ſocietas compenſandis malis antea acceptis par & æqualis.

2. Συναναλώσει] Metaphora à rebus corporeis, quas propriè conſumere dicimur: vt hoc loco, ἀναλίσκειν τὰ χρήματα. Sic Horat.

*Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.*

3. Ἀποτριψόμεθα] Ἀποτρίβεσθαι propriè ſignificat fricando aut terēdo maculam corporis aut veſtis eluere. Hinc metaphoricè ad animi vitia transfertur.

Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τίς ἐμοί, τί τὸ κωλύων ἔτ' αὐτὸν ἔσται, βαδίζειν ὅποι βούλεται; ἆρ' ἄγε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον, δι' ὃν μέγας γέγονεν, ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος· τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν Ποτίδαιαν, Μεθώνην αὖθις· εἶτα Θετταλίας ἐπέβη· μετὰ ταῦτα Φερὰς, Παγασὰς, Μαγνεσίαν, πάνθ' ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον, ᾤχετ' εἰς Θρᾴκην. Εἶτ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων, ἠσθένησε. Πάλιν ῥαΐσας, οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς Ὀλυνθίοις

ἐπεχείρησε. Τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀρύββαν, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. Τί οὖν, τις ἂν εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; Ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα. καὶ τὸ προΐεσθαι καθέκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων, ὡς ἀλυσιτελές. Καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην, ᾗ πρὸς ἅπαντας χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος. ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις, ἡσυχίαν σχήσει. εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν ἐγνωκὼς ἔσται. ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐρρωμένως τῶν πραγμάτων, σκοπεῖσθε εἰς τί ποτε, ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν; ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι. Ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρραθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὰς ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα, ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.

## *Analyſis Logica.*

Quartum confirmationis argumentum ducitur ab adiuncto periculo, ſeu à fine propter quẽ bellum aduerſus Philippum ſit ſuſcipiendum: vt ſcilicet Philippus aditu in Atticam prohibeatur, & ne Athenienſes in ſeruitutem ab eodem redigantur. Conſtat autem hoc argumentum duobus

bus ſyllogiſmis. Prior eſt generalior, atq; hoc modo formari poteſt.

*Si Olynthios auxilio noſtro indigentes neglexerimus, & is Olynthũ occupauerit, nemo eum arcere amplius, nemo reſiſtere poterit, ſed ſine impedimento quocunq; volet graſſabitur, atq; omnia longè lateq; depopulabitur:*

*Atqui hæc poſteriora, quæ nobis perniciem afferent, nobis non erunt committenda.*

*Ergo nec priora committenda erũt: ſed Philippo reſiſtẽdum ac pro Olynthiis ſedulò & ſtrenuè pugnandum.*

1. Εἰ δὲ προησόμεθα] Propoſitio ſyllogiſmi amplificatur communicatione, ſeu vehementi interrogatione, quæ vim negationis habet.

2. Ἆρά γε λογίζεταί τις] Propoſitionis connexę ratio ducitur à modo, quo Philippus imperio viribusque auctus eſt: cum principio infirmus fuiſſet. Illuſtratur autem modus ille à factis Philippi per inductionem longam & enumerationem locorum, vrbium, regionum, quas Philippus mira celeritate peragrauit, ſuis victoriis illuſtrauit, ſuo imperio adiunxit, ſibiq; tributarias fecit.

3. Τὸ πρῶτον] Philippus Olympiadis 105 anno tertio, vt ſupputauit Sigonius, Amphipolin Athenienſibus ademit: Pydnam cepit, Potidæam expugnauit, quo anno bellũ ſociale exarſit. Credibile eſt hoc anno aut vno poſt Methonen quoque captam eſſe.

4. Εἶτα] Philippus Olympiadis centeſimę quin-

tæ anno quarto, auxilio Alenadarum in Theſſaliam venit, atq; inde Tyrannos eiecit. Sigon.

5. Μετὰ ταῦτα φερὰς] Hęc geſta ſunt Olympiadis centeſimæ ſextæ anno tertio. In Thraciam verò venit, eamq́; ſubegit Philippus Olympiadis centeſimæ nonæ anno 1, vt annotauit Sigon. Eodem anno Illyrios depopulatus eſt. De his rebus hęc ferè apud Diodorum leguntur. Methone capta ac diruta & ciuibus eiectis, ſingulis veſtem vnicam ferentibus, omnem eius ditionem in Macedonas tranſtulit. Poſt hæc Philippus à Theſſalis accerſitus venit in Theſſaliam cum exercitu. Erant enim tũ multæ in ea regione turbæ, quia reguli à populo impetebantur, & Philippum idcirco populus vocarat. Præterea bellum ſacrum iam excitatum erat, quo Theſſali cum Bœotis aduerſus Phocenſes certabant. Itaque Philippus multis victoriis Phocenſes tandem vicit, & ex Theſſalia repulit. His actis Pheras contendit aduerſus Lycophronem & Pytholaum eius vrbis Tyrannos, quos tradere ſibi vrbem coegit, ea conditione vt ſalui exirent: qui inde ad Phocenſes ſe contulerunt. Tyrannide ſublata & libertate reſtituta, cæteriſq́; per Theſſaliam rectè conſtitutis in Macedoniam rediit.

6. Τί οὖν τις ἂν εἴποι] Aſſumtionis ſententia exponitur occupatione obiectionis: qua finem eorum quæ hactenus dicta ſunt, per diſtributionem bimembrem attingit & explicat. Ideo, inquit, hæc à me in præſentia dicuntur, vt primò intel-

intelligatis quàm inutile, imò quàm damnoſum ſit, ſemper aliquid rerum negligere: deinde verò vt animaduertatis Philippi cupiditatem ſemper aliquid moliendi & innouandi: qua vtitur erga omnes & in qua quodammodo conſeneſcit.

7. Ὑφ᾽ ἧς οὐκ ἔστιν] Amplificatio φιλοπραγμοσύνης Philippi à proprio adiuncto & effectu. Cupiditas, inquit, & inſania ſemper aliquid noui machinandi non ſinet eum rebus ſuis contentum viuere, nec conquieſcere: ſed eum ſemper ad maiora patranda & plura conquirenda ſolicitabit. *Nam quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

8. Εἶθ᾽ ὁ μὲν ὡς αἰεί] Syllogiſmi complexio exponitur diſſimili comparatione, & amplificatur communicatione. Si, inquit, Philippus ſibi ſemper maiora efficienda animum inducat: vos verò ad nullam rem acriter vobis incumbendum exiſtimaueritis, vos ipſi conſiderate, quò tandem res ſit euaſura.

9. Πρὸς θεῶν, τίς] Alter ſyllogiſmus ſpecialior eſt, ac propius ad rem accedit, Athenienſiumque animos grauius ferit. Summa eius eſt:

*Si Olynthios neglexerimus, bellum quod nunc ibi geritur, ad nos transferetur.*

*Sed hoc poſterius nobis prorſus non eſt ferendum: ſiquidem noſtræ ſaluti conſulere velimus.*

*Ergo nec prius nobis committendum fuerit:*

10. Πρὸς θεῶν] Propoſitio eſt valde pathetica, vtpote quæ conſtat epiphonemate ad Deos, apoſtrophe ad Athenienſes & graui interrogatione, qua pro confeſſo ſumit & omnium teſtimonio comprobat, quod affirmare vult. Per Deos immortales, inquit, quis veſtrû tam indoctus ignarusq́; rerum eſt, quis tam nihil de ſalute cogitans, qui non intelligat ea quæ dixi, ita ſe habere.

11. Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται] Syllogiſmi aſſumtio illuſtratur & augetur elegãti ſimilitudine: qua periculi magnitudinem exprimit. Cõſtat autem hæc ſimilitudo integro ſyllogiſmo tali:

*Quod vſu venit iis, qui temerè magno fœnore pecunias mutuo ſumunt: idem accidit iis, qui voluptatis cauſſa torpori ſeſe dedunt, ac rerum curam abiiciunt.*

*Atqui illi exiguo temporis ſpacio in rerum abundantia viuunt: paulò verò poſt etiam patria bona eos deficere incipiunt, ac ad ſummam egeſtatem recidunt.*

*Ergo hi quoque breui tempore in voluptatibus ſunt, ac otio fruuntur: paulò verò poſt neceſſitate coguntur multa, præter & cõtra voluntatem facere, atq; ſummam rerum in diſcrimen adducunt.*

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Φρασάτω] Ἀνακοίνωσις communicatio: de qua antea.

2. Ἀπέ-

2. Ἀπέκλινεν] Metaphora ab iis qui ad deuia à recta via declinant.

3. Τάσδ'] Παράληψις ironica: qua ſimulat ſe ea omiſſurum, quæ tamẽ maximè dicit & amplificat. Tales præteritiones frequentes ſunt in clauſulis narrationum rerum grauium, & magnos aculeos in animis auditorum relinquunt.

4. Τί οὖν τις] Occupatio perfecta: quia proſopopœiam perfectam coniunctam habet: qua Orator ſua perſona depoſita, alium loquẽtem facit.

5. Ἀλυσιτελές] Ad verbum, tributum nõ pendens: vnde metaphoricè pro inutili & re nullius præcij accipitur. Nam ex tributis non penſis maxima incommoda ad Reſpub. redire notum eſt. Contraria metaphora eſt λυσιτελής, vtilis: λυσιτελέω, vtilis ſum.

6. Συζῆ] Συζάω propriè ſignificat cum aliquo viuo, alicui cohabito: metaphoricè verò iunctũ rebus inanimis ſignificat diligentem & ſedulam operam eis tribuere, & totam quaſi vitam in ea collocare.

7. Εὐτρεπίσας] Metaphora à mulieribus, quæ propriè res domeſticas εὐτρεπίσαι rectè ordinare & diſponere dicuntur. Iuxta illud Euripidis in Electra: ἅλις ἔχεις τὰ ἔξωθεν ἔργα, τὰ δ' ἐν δόμοις ἡμᾶς γυναικῶν εὐτρεπίζειν: *Satis eſt te res extra domum curare: mulierum verò eſt res domeſticas diſponere.*

8. Τόκος] Propriè ſignificat partum animantium: metaphoricè verò ſignificat fœnus, quod ex vſura ad nos redit: quia eſt quaſi partus & ſo-

boles pecuniæ mutuò datæ. Huius metaphoræ rationem exponit Ariſtoteles 1 Politic. Ὁ δὲ τόκος νόμισμα πλέον ποιεῖ· ὅθεν καὶ τοῦτ' οὔνομα εἴληφεν· ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν. *Fœnus pecuniam auget: vnde & nomen hoc accepit: illa enim quæ inde pariuntur ſimilia ſunt generantibus.*

Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἶναι. τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν παρόντων, ὅ,τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ', ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ. Οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι, περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν· Καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν, καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις. Εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ μὴ μάταιος ἡμῖν ἡ στρατεία γένηται. εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο, Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ οἰκίαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται. εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι καὶ περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῇ τὴν βοήθειαν εἶναι.

Hactenus Orator argumentis probauit Olynthiis armata manu ſuccurrendum eſſe, ac ſimul Athe-

Athenienſium negligentiam & ſocordiam grauiter & liberè reprehendit: nunc paucis exponit modum, quo ſibi ſuppetiæ ferendæ videantur. Sunt autem huius membri duo præcipua, quibus conſtat membra: primum eſt exordium nouum & ad beneuolentiam accommodatum: alterum eſt ipſa expoſitio modi.

1. Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν] Exordium conſtat occupatione: atque idcirco duas quoque habet partes: prior eſt prolepſis præoccupatio obiectionis Athenienſium. Obiicere poterant ij: Nihil magni adhuc & Oratore digni præſtitiſti, ſed id tantum quod quilibet Momus facere poſſet. Rationem huius obiectionis petere poterant à proprio adiuncto & effecto tam Momi, quàm Oratoris ſeu Conſiliarij. Nam Momi eſt, ἐπιτιμᾶν reprehendere res: Conſiliarij verò, quid facto opus & quid in rem ſit, explicare. Syllogiſmus eorum hic eſſe potuit:

*Qui tantùm reprehendit, nihil autem conſilij dat, is Momus eſt, conſiliarius verò minimè:*

*Atqui tu Demoſthenes hactenus reprehendiſti tantùm, conſilij autem nihil dediſti.*

*Ergo Momi tantum partes ſuſtinuiſti: conſiliarij verò munus minimè executus es.*

2. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ] Altera exordij pars eſt ſubiectio ſeu reſponſio ad Athenienſium obiectionem, ab argumēto diuerſorum: in cuius antece-

dente Athenienſiũ peruerſam iudicandi & agendi conſuetudinem reprehendit: in conſequente verò ſuum erga Rempub. amorem teſtificatur. Senſus eſt, etſi compertum habeo Athenienſes, vos non autoribus rerum, ſed iis qui vltimo loco de rebus verba fecerunt ſuccẽſere, ſi quid ex animi ſententia non ſucceſſerit: tamen me non decere arbitror, vt, ratione habita meæ ſecuritatis, tergiuerſar ea exponere liberè, quæ in rem & ex vſu veſtro fore videntur.

3. Φημὶ δὲ διχῆ βοηθητέον] Alterum membrum eſt modi expoſitio. Duplici, inquit, via opem nos ferre oportet: primo oppida Olynthi ſeruanda & tegenda ſunt, eoq́; præſidium mittendum: deinde oportet eius regionẽ exercitu inuadere, eamq́ue ferro & igne infeſtare.

4. Εἰ δὲ θατέρου] Sententiæ expoſitæ addit rationem à fine: Ne, inquit, incaſſum & fruſtra expeditionem ſuſcipiamus, atque bellum gerendo oleum & operam perdamus, ſi horũ alterutrum neglexerimus. Hoc verò rurſus probat à conſequente per dilemma. Si enim, inquit, vos agrum eius tantummodo infeſtabitis, id hoc tempore facilè tolerare poterit, ſi verò expugnata Olyntho domum redierit, ſine negotio ſe vlciſci voſq́ue arcere poterit. Sin verò tantummodò opem tuleritis, ipſe verò ſibi domi omnia in tuto collocata, & extra teli iactum poſita eſſe, animaduertet, inſtabit & vrgebit ſummo ſtudio & coniunctis copiis: atque ita temporis progreſſu obſeſſos ſuperabit.

*Ana-*

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Προσκαθεδεῖται] Προσκαθέζεσθαι propriè ſignificat aſſideo: ſed metaphoricè in aliquam rem incumbo, multum operæ in aliqua re pono & conſumo. Eadem metaphora eſt in verbo προσεδρεύειν. Vtrumq; tamen optimè videtur exprimi per vocabulum, aſſiduus: quod idem ſimili metaphora à Cicerone adhibetur.

Καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα γινώσκω. περὶ δὲ χρημάτων πόρου. ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. Ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου. εἰ δὲ μή, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου· Τί οὖν ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά, καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. ὑμεῖς οὕτω πῶς ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. ἔστι δὴ λοιπόν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά, ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὴ χρημάτων, ἄνευ ὧν μηδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε, ὥς τις ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ, καὶ ἕως ἔστι καιρὸς ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

1. Καὶ περὶ μὲν βοηθείας] Perfecta tranſitio à modo auxilium ferendi, ad modum & viam acquirēdi neruos auxilij, id eſt pecuniam & commeatūm militibus ſuppeditandum. Operæpretium

factùri videmur & huic loco multùm lucis allaturi, ſi aliquid de ratione pecuniæ & ærarij Athenienſium diſſerã. Pecuniæ igitur Athenienſiũ: ſi vſum ſpectes, duplicis generis potiſſimũ fuerunt. Aliæ dicebãtur χρήματα στρατιωτικὰ, pecuniæ militares, quæ non ſolũ in vſus militię ex publica adminiſtratione cõuerſa ſunt, vt ſignificat Demoſt. in oratione contra Neærã, cùm inquit decretum ſcriptũ, vt pecuniæ διοικήσεως vtiq; fierent militares, ſed etiã quæ ex tributis belli nomine collatis redacta ſunt, quod intellexit in oratione aduerſus Polyclẽ, cũ dixit: *Ego primus collationẽ contuli, quãuis trierarchus eſſem. Cuius rei teſtes ſunt qui tũc militares pecunias exegerunt.* Carol. Sigon. de Repub. Athen. lib. 4. cap. 3. Aliæ dicebantur χρήματα θεωρικὰ pecuniæ theatrales, quæ in ludos & ſpectacula ſunt conſumtæ. Has Vlpianus in hanc orationem ſcribit à Pericle primum, cum diuites loca in theatro primum pretio compararent, pauperes autem ne id facerent æris inopia impedirentur, eſſe inductus, lege lata, vt pecuniæ ex publicis reditibus confectæ theoricæ fierent. Hoc idem confirmat Plutarchus in Pericle. Deinde legibus aliis ſancitum eſt, vt bello exiſtente reſiduæ pecuniæ fierent militares. quod etiam docet in oratione contra Neæram Demoſthenes. Vlpianus autem ſcribit cum Apollodorus conatus eſſet, theoricas pecunias reddere militares, Eubulũ popularem gratiã aucupantem ſcripſiſſe legẽ, adiuncta capitali pœna, ne quis theoricas pe-

cunias

cunias faceret militares. Libanius autẽ in Olynthiacas notat, cũ antiquitus theatrum lapideum nullũ eſſet, ſed ligneũ, & omnes locum in theatro feſtinanter occupare ſtuderẽt, verberationes ſæpe & vulnera conſecuta. Cui malo vt occurrerẽt Athenienſiũ principes, venales locos feciſſe ſtatuiſſeq́; , vti ſpectandi cauſſa ſinguli duos penderẽt obolos, ne verò tenuiores propter ſumtũ ſpectaculi voluptate ſpoliarẽtur, eos ex ærario obolos duos ſumere voluiſſe. Arpocratio verò, qui aliquanto ſecus hãc ex Philochoro refert hiſtoriã, non obolos, ſed drachmã nominat: eamq́; abſentẽ aut peregrè euntem neminem capere potuiſſe Hyperidis authoritate demonſtrat. Carol. Sigon. lib. 4 de Repub. Athen. cap. 3.

2. Ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Quia capitale erat & periculoſum apud populũ, lege ſuadere, vt pecuniȩ theatrales fierẽt militares, idcirco Demoſthenes cautè & circumſpectè de hac re diſputat. Ac primo quidẽ illas pecunias amplificat comparatione minorum: qua eas pecuniis aliarum gentium anteponit.

3. Ταῦτα δὲ ὑμεῖς] Secũdò vt populi indignationẽ declinet vtitur permiſſione: qua populo liberum facit vt pecunias in eos vſus cõferat, in quos velit.

4. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα] Tertio dilẽmate iñuit pecunias theatrales ad priſtinũ vſum reuocandas eſſe: nec tamen expreſsè Athen. ſuadet, vt hoc faciant. Si, inquit, iſtas pecunias militib. reſtituetis: nulla pecuniarũ collatione opus erit: ſi verò minus, maximè opus erit.

5. Τί οὖν ἄν τις] Etſi Orator cauſſam hanc ſatis prudenter & cautè propoſuit, ac extremis tantùm, quod aiunt, digitis attigit: tamen Athenienſes videntur ipſius oratione nonnihil commoueri & tumultuari cœpiſſe: idcirco Orator vtitur hac occupatione, qua commotos eorum animos ſedare conatur. Prolepſis eſt, Tu ne cenſes aut ſcribis, hanc pecuniam debere fieri militarem? Hoc negat Orator argumēto inartificiali. i. iureiurando: quo Iouem teſtē appellat: Minimè, inquit, ita me Iuppiter amet, ego ſancio legem de pecunia theatrali facienda militari: ſed tantum, quid ego de eius pecuniæ vſu recte collocando ſentiam, vobis expono. Cenſeo igitur militem adornandum & rebus neceſſariis inſtruendum eſſe, & pecuniam illam debere ſeruire vſui militari, atq; vnum eundemq; eſſe ordinem & accipiendi eam pecuniam, & neceſſaria Reip. faciendi, hoc eſt ij tantum debent accipere pecuniam iſtam, qui Reip. negotia curant, qui patriæ ſeruiunt, eamq; defendunt.

6. Ὑμεῖς δέ] Opponit ſuæ ſententiæ vſum pecuniæ, in quem Athenienſes pecunias conuerterant: eumq; à conſequenti reprehendit. Vos, inquit, pecunias, rerum adminiſtratione neglecta & omiſſa, in ludos & ſpectacula conſumitis. Vnde nihil reliquum eſt, quàm vt de veſtris in commune cōtribuatis, ſi múltis opus eſt multa, ſi paucis pauca.

7. Δεῖ δὴ χρημάτων] Concluſio huius loci è ſen-

tentia

tentia communi. Opus eſt, inquit, pecunijs, ſine quibus nihil eorũ fit, quę decẽt & quę expediunt. Hanc ſententiam Ariſtophanes in Pluto pluribus perſequitur, & longa inductione probat. Huc etiam facit illud Heſiodi 2. ἔργων.

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
*Pecuniæ ſunt anima miſeris hominibus.*

Simile eſt illud Euripidis in Electra:

Σκοπῶ τὰ χρήμαθ᾽ ὡς ἔχει μέγα σθένος·
Ξένοις τε δοῦναι, σῶμά τ᾽ εἰς νόσον πεσὸν
Δαπάναισι σῶσαι.
*Expendo quæ vis ſit pecuniæ,*
*Vt ſuppetat quod & hoſpitibus demus, & quo*
*Affecti corporis valetudinem inſtauremus.*

8. Λέγουσι δὲ καὶ] Communicatione, permiſſione & adhortatione ad Athenienſes finem imponit huic loco.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Περὶ δὲ χρημάτων] Ellipſis ſeu apoſiopeſis reticentia.

2. Πόρου] In hoc vocabulo duplex eſt tropus: prior eſt metaphora. Nam πόρος primò & propriè ſignificat viam: metaphoricè verò pro ratione aliquid efficiendi accipitur. Alter eſt metonymia cauſſæ, qua πόρος. i. ratio ſeu via, vt loquitur Cicero, pecuniam comparandi, pro ipſa pecunia accipitur.

3. Ταῦτα] Ἐπιχώρησις permiſſio Rhetorica.

4. Μᾶλλον] Epanorthoſis.

5. Τί οὖν] Occupatio perfecta, hoc eſt perfecta proſopopœia conſtans.

6. Ἑορτάς] Ἑορτὴ propriè ſignificat feſtum, ſiue diem feſti: per metonymiã verò pro ludis & ſpectaculis accipitur: quę diebus feſtis & ſolennitatibus magnis potiſſimum agebantur.

7. Πολλὰ πολλῶν] Duplex & elegãs polyptoton.

8. Δεῖ δή] Paronomaſia & epiphonema.

Ἄξιον δ' ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ πράγματα ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ Φιλίππου. οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐπρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστα αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει· οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν· ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα, τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσασθαι, κᾆτα διέψευσται. τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ τὴν γνώμην γεγονός, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει. Εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. κομιδῇ δ' ὥσπερ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι. καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. Ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι. Τὰ γὰρ κοινὰ ἀπὸ τῶν Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. Ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα, καὶ τὸν Ἰλλύριον, καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἄν, καὶ ἐλευθέρους, ἢ δούλους εἶναι. καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι. Καὶ ἄνθρωπος ὑβριστής, ὥς φασι· καὶ μὴ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. Τὸ γὰρ εὐπραττεῖν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται.

διόπερ

διό γὰρ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.

Orator hactenus argumentis confirmauit Atheniẽſes debere opem ferre Olynthijs, atq; modum & rationem id faciendi expoſuit. Nunc per digreſſionem opportunã & neceſſariam omnia repetit, & quaſi vno faſciculo comprehendit omnia ea quæ hactenus fusè dixit: atq; hac ratione Athenienſes ad res capeſcendas exuſcitat. Res planior & facilior fiet ſi vnius ſyllogiſmi ſpacio centroq́; includatur.

*Omnes prudentes & rebus ſuis rectè conſulentes decet hoſtem inuadere & oppugnare, cùm vident res eius non vſq; adeò bono ſtatu eſſe. Hæc propoſitio deeſt: at ex aſſumtione & cõplexione facilè colligitur.*

*Atqui res Philippi hoſtis noſtri infenſiſſimi nunc bono loco non ſunt.*

*Ergo vos, qui ſapientiæ laudem affectatis, & patriæ ſaluti libertatiq́; conſultum & proſpectum benè vultis, decet arma aduerſus ipſum ſumere.*

1. Ἄξιον δ' ἐνθυμηθῆναι] Tranſitio & propoſitio cohortationis continens per diſſimilitudinẽ ſyllogiſmi aſſumtionem. Operæpretium eſt, inquit, conſiderare & cognoſcere, in quo ſtatu nunc ſint res Philippi. Nam non ita florentes ſunt & benè habere videntur, vt quis exiſtimare poſſet, qui eas non accuratè inſpiciat & perluſtret. Hæc eſt aſſumtionis ſententia.

2. Οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε] Aſſumtionis primum argumentum ſumitur ab adiuncto.i. ἀθυμίᾳ καὶ ταραχῇ animo fracto & perturbato Philippi: cuius cauſſa eſt rerum euentus, qui præter ſpē & mentem Philippi accidit. Syllogiſmus connexus eſt ex occupatione obiectionis.

*Si Philippus putaſſet ſibi bellum gerendum eſſe, arma non ſumſiſſet:* ibi. οὔτ' ἂν ἐξήνεγκε πόλεμον.

*Atqui ſperauit ſe vno aditu ex impetu omnia funditus euerſurum eſſe: quod ipſe fefellit.* ibi. Ἀλλ' ὡς ἐπιών.

*Ergo bellum ſuſcepit: atque idcirco nunc animo frangitur & turbatur, cum videat id præter ſpem accidiſſe.* ibi. τοῦτο δὴ πρῶτον.

3. Εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν] Altera aſſumtionis ratio ducitur à remotione cauſſarum adiuuantium.i. auxiliorum ſociorum, quæ Philippum deficiebant. Syllogiſmus hic eſt:

*Si Philippus auxilio ſociorum & commeatu vectigalibusq; ſuis priuabitur, nihil dubium eſt, quin eius potentia plurimum infringatur & debilitetur.*

*Atqui quæ antecedunt vſu venient ei omnia.*

*Ergo nerui potentiæ eius plurimùm incidentur.*

4. Εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν] Aſſumtio primo loco ponitur & inductione amplificatur: cuius primū membrum ſunt Theſſali. Theſſalis, inquit, fidem habere non audet, nec ij iuuabūnt eius conatus. Quod autor aliquot argumentis probat.

5. Ταῦτα

5. Ταῦτα γὰρ ἄπιστα] Primum argumentum ſumitur ab adiuncta perfidia eorum, quam amplificat quadrifariam: primò à cauſſa eius efficiente, φύσει natura inquit, hoc habent, vt ſint perfidi: deinde à tempore, ἀεὶ ſemper, inquit, ſunt perfidi: tertiò à ſubiecto, πᾶσιν ἀνθρώποις omnibus hominibus ſunt perfidi: quartò à pari: Vt verò, inquit, antea vehementer fuerunt perfidi: ita nunc quoque erga ipſum ſunt affecti.

6. Καὶ γὰρ παγασάς] Altera ratio, qua præcedẽs confirmatur, ducitur à factis Theſſalorum duobus. Nam primò Pagaſas ab eo repoſcere decreuerunt: deinde verò Magneſiam mœniis cingere aut præſidio munire eum prohibuerunt.

7. Ἤκουον δ' ἔγωγε] Tertia ratio ducitur à teſtimonio: Audiui, inquit, à nonnullis eos neq; fructuum perceptionem ex portibus & foris ei amplius conceſſuros eſſe. Ratio verò huius teſtimonij additur à fine per diſſimilitudinem. Nam his aiunt Theſſalorum Rempublicam adminiſtrandam eſſe, non autem à Philippo in ſuos vſus conuertendos.

8. Ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ] Hoc loco ponitur propoſitio ſyllogiſmi.

9. Ἀλλὰ μὴν τόν γε παίονα] Alterum mẽbrum quo inductio amplificatur, ſunt Pæones, Illyrij & cæteri eorum vicini: quos ait omnino exiſtimandum eſſe, malle ſui iuris & liberos, quàm ſeruos eſſe.

10. Καὶ γὰρ ἀληθῶς] Prima ratio ſumitur ab adiun-

ctoeorum. Sunt,inquit,inſueti iugi & ſeruitutis, non aſſueuerunt aliis parere & dicto audientes eſſe. Hoc imitatus eſt Plautus in Capt. *Omnes profecto liberi libentius ſumus,quàm ſeruimus.*

11. Καὶ ἄνθρωπος] Altera ratio ab adiuncto Philippi confirmatum teſtimonio Pæonum & Illyriorum. Aiunt,inquit,eum eſſe hominem iniurium,contumelioſum,& ferocem:atque ideo non facilè ſe eius ſeruituti addicent.

12. Καὶ μὰ δὶ] Confirmat Philippi adiunctum, i.probat eum eſſe contumelioſum,ſuperbũ,contumacem communi ſententia,qua cauſſa ſuperbiæ & contumaciæ exponitur. Nimia,inquit,felicitas & rerum ſucceſſus ſtultis & improbis hominibus mala & nefaria conſilia capiendi & deſipiendi anſam præbet. Atq; hoc inquit in cauſſa eſt,cur dicatur: *Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.* Hanc ſententiam illuſtrare poſſumus aliis ſentẽtiis autorum. Euripides in Hercule furente ſub perſona chori:

Χρυσὸς, ἅτ' εὐτυχία
Φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται
Δυνάσιν ἄδικον
Ἐφέλκων.

*Aurum & fœlicitas*
*Sana mente homines excutit,*
*Violentum imperium trahens*
*Secum.*

Huc pertinet illud Ouidij 2. de arte.

*Luxuriant animi rebus plerumq; ſecundis:*

*Nec*

*Nec facile eſt æqua commoda mente pati.*

De hac ſententia plura vide apud Xenophontem lib. 4. vbi explicat prouerbiũ illud πολυθρύλλητον: γνῶθι σαυτόν: *Noſce teipſum.*

## *Analyſis Ethica & Politica.*

1. Quæ præter animi ſententiam nobis eueniant mala, animum plurimum debilitant, affligunt & conturbant.

2. Vectigalia, quæ ex portibus & foris percipiuntur, non in alium vſum conferri debẽt, quam vt iis Reſp. rectè beneq; adminiſtrentur.

3. Omnes homines liberi ſuique iuris eſſe malunt, quam alteri ſeruire & parere.

4. Nimius rerum ſucceſſus hominibus ſtultis anſam præbet multa præter decorũ deſignandi.

5. Difficilius omnino eſt res partas tueri & cõſeruare, quam parere: quod exempla multorum florentiſſimorum regnorum docent.

Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρείαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντας, ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ᾽ ἃ δεῖ, καὶ στρατευομένους αὐτούς, καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας, λογιζομένους, ὡς εἰ Φίλιππος λάβῃ καθ᾽ ἡμῶν τοιοῦτον καιρόν, καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐλθεῖν; Εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἄν, εἰ δύναιτ᾽ ἐκεῖνος ταῦτα ποιῆσαι, καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ᾽ ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερον ὑμᾶς ἐκεῖ χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ᾽ ὑμῖν

ἐκεῖνον. Ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε, καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε τὴν ὑπάρχουσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι. ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἐπικωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. ἀλλὰ Φωκεῖς, οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσετε ὑμεῖς. ἢ ἄλλος τις; ἀλλ' ὦ τᾶν, οὐχὶ βουλήσεται. τῶν ἀτοπωτάτων μέντ' ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν, ἄνοιαν ὀφλισκάνων, ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε, ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι. Εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα ἡμέρας μόνας ἔξω γενέσθαι, καὶ ὅσα ἀνάγκη, στρατοπέδῳ χρωμένους, τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου λέγω, πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν, ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον δεδαπάνηται. Εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι, καὶ προσέσθαι ἡ ὕβρις, καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι;

1. Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες ] Complexio ſyllogiſmi exponitur & amplificatur trium factorum, ſeu potius trium cauſſarum quæ ad bellum rectè gerendum neceſſaria ſunt enumeratione: prima eſt legatio: altera eſt miles ſeu exercitus, qui ex ipſis Athenienſibus cogendus eſt: tertia eſt auxilium ſociorum, qui excitandi ſunt.

2. Λογιζομένους ὡς εἰ ] Complexionis prima ratio ducitur à pari taliq; ſyllogiſmo concluditur.

*Æquum & honeſtum omnino eſt, vt eodem mo-*

*do*

*do occaſionem nobis oblatam captemus, quo Philippus, ſi ipſi obtingeret, captaret.*

*Atqui Philippus magna alacritate captaret ac incitato curſu in vos inuaderet.*

*Ergo vobis idem omnino faciendum eſt.*

3. Ἔτι τοίνυν ὦ ἄνδρες] Altera ratio ducitur à circumſtantia loci per antitheſin ſeu comparationem diſſimilem: ſyllogiſmus hic eſt.

*Aut in Philippi regno, aut in veſtro agro bellum geretis.*

*Atqui in Philippi regno bellum gerere debetis.*

*Ergo non in veſtro agro.*

4. Ἐὰν μὲν γὰρ] Propoſitionis ratio ſubiicitur: qua probat niſi in regno Philippi bellum gerant, neceſſe fore gerere in ſuo agro. Si Olynthiorum res durare, impetum eius ſuſtinere reſiſtereque poterunt, vos ibi bellum geretis, agros eius vaſtabitis, terræ verò veſtræ prouentis & fructibus, ſine metu fruemini. Si verò Philippus Olynthum ceperit, ſine impedimento in noſtrum agrum impreſſionem faciet.

5. Θηβαῖοι μὲν] Conſequens duobus argumentis cōfirmatur: prius eſt remotio cauſſarum quibus Philippus coerceri poſſe videbatur, ne impetum faceret in terram Atticam: poſterius eſt teſtimonium Philippi. Vtrumq; verò argumentū figuratur occupatione. Remotio porrò cauſſarum cōſtat inductione trimēbri. Primum membrum agit de Thebanis. Obiectio eſt: Thebani Philippum, ne in nos irruat, repriment. Subiectio

eſt per βίαιον violationem: Imò, inquit, quod pace veſtra dicam, vnà in nos inuadent. Alterum membrũ agit de Phocẽſibus. Obiectio eſt: Phocenſes eum arcebunt. Subiectio eſt: At illi ne ſuæ quidem regioni defendendæ ſufficiunt: niſi vos eos tegatis. Huic ſimile eſt dictum Thaidis ad Chremetem ebrium in Terentij Eunucho. *Huic ipſi opus patrono eſt, quem defenſorem paro.* Huc refer vetus prouerbium: ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Tertium membrum eſt de aliis quibuſuis. Obiectio eſt: Alius quiſpiã eum prohibebit. Subiectio eſt à remotione cauſſæ προκαταρκτικῆς: At non volet facere. Alterum argumentum ducitur à teſtimonio Philippi. Obiectio eſt: At Philippus non faciet impreſſionem in noſtram regionem. Subiectio eſt: At abſurdiſſimum eſt dicere eum non facturum vbi poterit, quod nũc parum prudenter agens loquitur.

6. Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα] Aſſumtio & complexio ſyllogiſmi vnâ permiſcentur, duabusq; rationibus probantur. Prior ducitur à damno per comparationem minorum: Si, inquit, vobis triginta tantum diebus exercitus in caſtris habendus eſſet, & commeatus ex ipſa regione colligendus, etiamſi bellum nullum exarſiſſet, tamen agricolæ veſtræ maius detrimentum & damnum acciperent, quam in totum bellum ſuperiori geſtũ tempore inſumtum fuit: Si verò bellum præterea acceſſerit, quãtis incommodis eos affectum iri exiſtimandũ eſt. Altera ratio ducitur à turpitudine,

quam

quam amplificat à pari & teſtimonio ſapientum. Hunc locum explicat Hor. Sat. 2. lib. 1. Vnde

*Fama malum grauius, q̃ res trahit. An tibi abunde*
*Perſonam ſatis eſt, non illud, quicquid vbiq;*
*Officit, euitare, bonam deperdere famam.*

Item illud Ciceronis 2. Tuſc.

Si in vnum locũ ſint collata omnia mala, cum turpitudinis malo non erunt comparanda.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Ὑμᾶς] Apoſtrophe orationis ad Athenieñſes.
2. Καιρόν] Synechdoche integri. καιρὸς tempus pro occaſione. i. ea temporis parte, quæ habet in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem, quam Græci proprio nomine εὐκαιρίαν appellant, cui opponitur ἀκαιρία.
3. Συνάρασθαι] Quaſi coniunctis viribus & operis rerum curã ſuſcipere. Metaphora ab iis qui ſe mutuò in tollendis oneribus iuuant.
4. Καί] Anaphora, epiſtrophe, polyptoton.
5. Πῶς ἄν] Communicatio duplex.

Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν, καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον. Τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τοῦ Φιλίππου χώρᾳ κλησάμενοι, φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται, τοὺς δὲ λέγοντας, ἵνα αἱ τῶν πεπολιτευμένων εὐθῦναι ῥᾴδιαι γένωνται· ὡς ὁποῖ' ἄτ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κειταὶ καὶ τῶν

πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε. χρηστὰ δὲ εἴη παντὸς εἵνεκα.

1. Πάντα δὴ ταῦτα] Poſtrema orationis pars eſt epilogus: cuius tria potiſſimum ſunt mēbra. Primum eſt repetitio propoſitionis generalis, de auxilio ferendo & bello ex Attica terra propulſando. Alterum membrum eſt ſuperioris quaſi confirmatio: qua diſtributione trimēbri munia ſingulis ordinibus pręſcribit, earumq; rationem addit à fine. Primus ordo, ſunt opulenti. Officiū eſt: ſumptus exiguos è magnis, quæ poſſident, bonis, militibus ſuppeditare. Finis eſt: vt reliquis ſine metu & periculo fruantur. Alter ordo, ſunt ij qui agunt ætatem militarem. i. iuuenes. officium eſt: Belli peritiam in Philippi agro ſibi comparare. Finis eſt, vt ſint terribiles patriæ cuſtodes. Tertius ordo, ſunt Oratores. officium eſt, ea dicere quæ ex vſu ſunt. Finis eſt: vt ratio adminiſtrandæ Reipublicæ illis fiat facilis & expedita. Tertiū membrum eſt votum: quo petit, vt omnia quæ hac oratione ſuaſit, bene feliciterq; publici boni cauſſa cedant.

*Finis orationis primæ Olynthiacæ.*

ΔΗΜΟ-

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝ-
## θιακὸς δεύτερος.

Argumentum & occaſionem huius orationis ex Libanij argumento, quod ſubiiciemus, ſtudioſus lector cognoſcet. Nos de methodo, qua prudenter progreditur Orator, pauca dicemus. In pręcedenti igitur oratione conſilium dedit Athenienſibus de auxilio Olynthiis contra Philippi regis Macedonum iniurias & violentiam mittendo: nunc verò, ordine optimo, eoſdẽ ad conſilium maturè & alacriter exequendum hortatur. Obſeruat igitur quod Iſocrates in ſua Paræneſi præcipit: Βουλεύου μὲν βραδέως, ταχέως δ' ἐπιτέλει τὰ δέοντα, id eſt: *Priuſquam incipias conſulto, & vbi conſulueris maturè facto opus eſt.*

Partes orationis, ſaluo aliorum iudicio, tres eſſe ſtatuimus, Exordium, Contentionem, Perorationem.

## ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ
### λόγου Ὀλυνθιακοῦ Β.

Προσήκαντο μὲν τὴν πρεσβείαν τῶν Ὀλυνθίων οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κεκρίκασι· μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον, καὶ δεδιόσιν, ὡς δυσπολεμήτου ὄντος τοῦ Φιλίππου, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ἐπιδεικνύς, ὡς ἀσθενῆ τὰ τοῦ μακεδόνος πράγματα. Καὶ γὰρ τοῖς συμμάχοις ὕποπτον αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν οὐκ ἰσχυρόν.

τοὺς γὰρ μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ᾽ ἑαυτούς.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝθιακὸς λόγος δεύτερος.

Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. Τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσαντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι, καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους, καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσία. Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ᾽ ἤδη σκοπεῖν αὐτούς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξωμεν τῶν ὑπαρχόντων, ὡς ἔστι τῶν αἰχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων, ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους· ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

Prima orationis pars eſt exordium: in quo duo agit orator: primò auditores attentos reddit ab adiuncto rerum ſtatu eorumq; cauſſa efficiente & fine. Syllogiſmus hic eſt.

*Quæcunq; deorum beneuolentia offeruntur & oſtenduntur bona, ea grata mente accipienda ſunt, magnaq; alacritate vtenda.*

*At nobis in præſentia deorũ beneuolentia multa bona offeruntur.*

*Ergo ea grata mente ſunt accipienda & alacritate vtenda.*

Syllogiſmi propoſitio deeſt. Eius tamen ratio ex Plauti dicto vtcunq; intelligitur. *Ingratus qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit: ingratus, inquã, qui id diſſimulat: rurſum ingratus qui non reddit: At omnium ingratiſſimus, qui oblitus eſt.*

1. Ἐπὶ πολλῶν] Aſſumtio ſiue enthymematis antecedens priori loco ponitur, è ſubiecto per comparationẽ minorum amplificatur. Cum ex aliis multis rebus deorum erga nos beneficentia, tum verò ex præſenti negotio perſpici poteſt.

2. Τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσαντας] Aſſumtionis ratio ab adiũctis Olynthiorum, hoſtium Philippi: quæ amplificantur diſtributione & comparatione minorum. Nam quod ij qui arma aduerſus Philippum ceperunt, agrum vicinum incolunt, viribus haud contemnendis inſtructi ſunt: & quod omnium maximum eſt in ea ſunt opinione, Philippi fœdera infida & cauſſam exilij interitusq́ue patriæ eſſe, diuino & admirabili beneficio ſimile eſt.

3. Δεῖ τοίνυν ἡμᾶς] Complexio ſiue conſequens enthymematis exponitur ab officio Athenienſiũ & fine. Quapropter, inquit, decet nos iſta cum animis noſtris voluere: ne nobis ipſis magis, quàm res defuiſſe videantur.

4. Ὡς αἰσχρόν] Amplificatio cõplexionis à comparatione. Turpe, imò lõgè turpiſſimum eſt, non ſolum vrbes & loca, quę olim in noſtra poteſtate fuerunt, ſed etiam ſocios & occaſiones per ſocordiam negligere & amittere.

# *Analyſis Rhetorica.*

1. Πόλεις] Metonymia ſubiecti: *πόλις ἀντὶ πολιτῶν*, ciuitas pro ciuibus.

2. Ἀνάστασιν] Metonymia effecti: *ἀνάστασις ἀντὶ αἰτίου ἀναστάσεως*, euerſio pro cauſſa euerſionis.

3. Δαιμονία] Metaphora pro admirabili: quia *τὰ δαιμόνια* ſunt *θαυμαστά*.

4. Ὡς ἔστι] Exclamatio cum epanorthoſi ſeruiente amplificationi è minoribus. Talis eſt 1 Epiſt. lib. 1, ad Famil. *Ego omni officio vel potius pietate erga te omnibus ſatisfacio.*

Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι, καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προτρέπειν τὰ δέοντα ποιεῖν ὑμᾶς, οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι. διὰ τί; Ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ' ὅσα ἂν τις εἴπῃ ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινά, ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι. ὁ μὲν γὰρ ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὑτοῦ, τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται· ὑμεῖς δ' ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. Ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω· καὶ γὰρ εἰ μεθ' ἀληθείας τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοποῖτο, ἐνθένδ' ἂν μέγαν αὐτὸν ἴδοι γεγενημένον, οὐχὶ παρ' αὑτοῦ. ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις χάριν, ἡμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν. Ἃ δὲ χωρὶς τούτων ἔνι καὶ βέλτιόν ἐστιν ἀκηκοέναι πάντας ὑμᾶς, καὶ μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατ' ἐκείνου φαίνοιτ' ἂν ὀνείδη βουλομένοις ὀρθῶς δοκιμάζειν, ταῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι. Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον

καὶ

καὶ ἄπιστον καλεῖν, ἄνευ τοῦ τὰ πράγματα δεικνῦναι, λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως. Τὸ δὲ πάνθ' ὅσα πώποτ' ἔπραξε διεξιόντα ἐφ' ἅπασι τούτοις ἐλέγχειν, καὶ βραχέος λόγου συμβαίνει δεῖσθαι, καὶ δυοῖν ἕνεκα ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι, τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, καὶ τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους, ὡς ἄμαχόν τινα τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον παρακρουόμενος, μέγας νῦν ηὐξήθη, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τὴν τελευτὴν τὰ πράγματα αὐτῷ.

## *Analyſis Logica.*

1. Τὸ μὲν οὖν ὦ ἄνδρες] Altera prooemij pars auditorem docilem & beneuolum facit, orationisq; propoſitionem cõtinet: quæ dilatatur argumento diuerſorum ſeu diſſimilitudine longa. In cuius protaſi eſt apodioxis eorum quæ non vult dicere Orator. In antapodoſi eſt ὑπόσχεσις pollicitatio eorum, quę vult perſequi hac oratione. Protaſeos ſumma hæc eſt. Non videtur nobis conſultum potentiam Philippi commemorare, & hac ratione vos ad officium cohortari.

2. Διὰ τί; Propoſitionis ratio ſubiicitur, talique ſyllogiſmo concluditur.

*Quæ Philippo laudi & gloriæ, nobis verò ignominiæ & probro ſunt, tacitus præteribo.*

*Sed potentiæ rerumq; Philippi geſtarum commemoratio ipſi gloriæ & laudi, nobis verò probro eſt.*

*Ergo Philippi potentiam tacitus præteribo.*

3. Ὅτι μοι δοκεῖ] Aſſumtio primo loco ponitur & continet cauſſas, cur nolit Orator de Philippi rebus geſtis verba facere.

4. Ὁ μὲν γὰρ] Aſſumtionis proſyllogiſmus & expolitio ex loco aduerſorum comparatione parium tractatorum, hoc modo: Quo enim Philippus pro ſua dignitate & honore plures res feliciter fortiterq́; geſſit, eò maiori admirationi erit omnibus hominibus & eò maiorem laudem merebitur. Vos contrà, quò negligentius, quàm decebat, res adminiſtrauiſtis, eò grauiorē infamiæ notam ſubire cogemini. Atque idcirco nolo ea nunc exponere.

5. Ταῦτ' οὖν] Complexio ſecundo loco eſt: cui rationis loco ſubiicitur cauſſa, qua Philippus ad tantā potētiam peruenit: ea autē explicatur argumēto diſſimiliū. Non, inquit, enim à ſe ſeu ſuis viribus Philippus creuit: ſed veſtra negligentia, qua hactenus res malè curâſtis, tam potens factus eſt.

6. Ὧν οὖν ἐκεῖνος] Propoſitio ſyllogiſmi tertio loco diſponitur & explicatur argumento diuerſorum ſeu diſſimiliū. In cuius protaſi exponit ea, quę hac oratione non vult perſequi & per quæ non vult adhortari Athenienſes, vt officiū faciant: Nolo, inquit, hoc tempore ea cōmemorare, pro quibus Philippus gratiam referre debet iis, qui ex eius commodo Remp. adminiſtrarunt, & de quibus vos ſupplicium ſumere decet.

7. Ἃ δὲ καὶ χωρὶς τούτων] Altera propoſitionis pars ſiue antapodoſis cōplectitur ea quæ à Demoſthe-

ne

ne in medium ſunt afferenda: ea autem duobus notis deſcribũtur. Dicam, ait Orator, ea quæ ſunt βέλτιστα ἀκηκοέναι πάντας ἡμᾶς. i. optima vtiliſſimaq́; auditu nobis omnibus: Item ea quæ μεγάλα ὀνείδη κατ᾽ ἐκείνου φαίνεται, Philippo magno probro & crimini fore videntur apud eos, qui ritè de iis iudicare poſſunt.

8. Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον] Prolepſis eſt, qua exponit modum, quo Philippo inuidiam conflare & eius crimina exponere velit, atq; calumniandi cõuiciandiq́; ſtudio ſeſe minime duci oſtendit. Argumentatur itaque à remotione definitionis ad remouendum definitum:

*Qui alterum perfidum & periurum appellat neque facinora eius commonſtrat, is meritò conuiciari dicitur.*

*Atqui Demoſthenes Philippum eo modo perfidum & periurum non appellat.*

*Igitur Demoſthenes non eſt conuiciator.*

8. Τὸ μὲν οὖν] Propoſitio complectitur definitionem conuiciatoris, quam à ſe Demoſthenes remouere ſtudet. Hunc locum nonnihil illuſtrat præclara illa Plauti ſentẽtia, quæ extat in Gurgul.

*Indignus ſi malè dicitur, maledictum id eſſe dico:*
*Verum ſi dignis dicitur, benedictum' ſt meo quidem animo.*

9. Τὸ δὲ πάνθ᾽ ὅσα] Aſſumtio ſyllogiſmi. Ego, inquit, facinora eius omnia breui oratione exponam. Hãc verò aſſumtionẽ probat à duplici fine. Idcirco, inquit, res à Philippo geſtas percẽſebo, vt

partim omnibus palam fiat eum eſſe hominem improbum & malicioſum, ſicuti reuera eſt: partim verò ij, qui eius potentiam, non ſecus ac ſi expugnari vincique non poſſet, reformidant, videant omnia, quib. nos ſuperioribus annis in fraudem induxit, potentiamque auxit, præteriiſſe, ſuumque terminum conſecuta eſſe, eoq; perueniſſe, quo ad progredi potuerunt.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Παρακρουόμενος ] Παρακρούειν & παρακρούεσθαι metaphoricè ſignificat fraudulenter induco, aſtutè decipio, & in fraudem erroremq; impello. Duplex huius metaphoræ cauſſa affertur. Primò enim metaphora eſſe poteſt ab eo qui concuſſu aut callido luctæ artificio aduerſarium ſupplantat, non verò deiicit, ſublimemque arreptum ſternit. Vel ab eo qui in rebus appendendis alteram lancem ex æquilibrio fraudulenter digito impellit, vt in alteram partem vergat. Hactenus exordium.

Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σφόδρα ἂν ἡγούμην καὶ αὐτὸς, φοβερὸν εἶναι καὶ θαυμαστὸν τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον. Νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν, εὑρίσκω τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν τὸ κατ' ἀρχὰς, ὅτε Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε, βουλομένους ὑμῖν διαλεχθῆναι, τῷ τὴν Ἀμφίπολιν φάσκειν παραδώσειν, καὶ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο κατασκευάσειν, τούτῳ προσαγόμενον. Τὴν δὲ

Ὀλυν-

Ὀλυνθίων φιλίαν μετὰ ταῦτα, τῷ Ποτίδαιαν οὖσαν ἡμετέραν ἐξελεῖν, καὶ τοὺς μὲν πρότερον συμμάχους ἡμᾶς ἀδικῆσαι, παραδοῦναι δ' ἐκείνοις. Θετταλοὺς δὲ νῦν τὰ τελευταῖα τῷ Μαγνησίαν παραδώσειν ὑποσχέσθαι, καὶ τὸν φωκικὸν πόλεμον ὑπὲρ αὐτῶν πολεμήσειν ἀναδέξασθαι. ὅλως δὲ οὐδείς ἐστιν, ὅντιν' οὐ πεφενάκικεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων. Τὴν γὰρ ἑκάστων ἄνοιαν ἀεὶ τῶν ἀγνοούντων αὐτὸν ἐξαπατῶν καὶ προσλαμβάνων, οὕτως ηὐξήθη. ὥσπερ οὖν διὰ τούτων ἤρθη μέγας, ἡνίκα ἕκαστοι συμφέρον αὐτὸν ἑαυτοῖς ᾤοντό τι πράξειν, οὕτως ὀφείλει διὰ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ καθαιρεθῆναι πάλιν, ἐπειδὴ πάνθ' ἕνεκα ἑαυτοῦ ποιῶν ἐξελήλεγκται.

## *Analyſis Logica.*

Altera orationis pars eſt contentio: in qua affert argumenta, quibus probare & perſuadere conatur, Philippum & malum & non inuictum eſſe. Primum itaq; argumentum ducitur à cauſſis, malitia videlicet & fraude, quibus Philippus ſuam potẽtiam acquiſiuit. Diſputatur autem hoc argumentum ex illo fundamento, Male parta, male dilabuntur, talique ſyllogiſmo connexo iudicatur.

*Si Philippus iuſtitia & æquitate tanta potentia, in qua nunc eſſe cõſpicitur, auctus ornatusq́; eſſet, formidabilis admirabilis, & inuictus haberi iudicariq́; poſſet.*

*Sed antecedens non eſt.*

*Ergo nec conſequens eſſe debet.*

1. Ἐγὼ γὰρ] Syllogiſmi propoſitio, amplificata teſtimonio. i. libera Demoſthenis confeſſione.

2. Νῦν δὲ θεωρῶν] Aſſumtionis ſententia per inductionem probatur ex factis Philippi. Atq; hoc loco præſtat orator, quod antea recepit, ſe videlicet è factis probaturum Philippum periurum & perfidum eſſe.

3. Τὸ κατ᾽ ἀρχάς] Primum inductionis membrum: quod Vlpianus in hunc modum explicat. Pollicebatur Philippus ſe Amphipolin Athenienſibus cõſeruaturum, ſi Olynthios in amicitiam non reciperent. Quibus verbis freti Athenienſes Olynthios tum repulerunt: ſed tamen paulò poſt in amicitiam receperũt. Quod cum videret Philippus, Olynthios ipſos ab Athenienſibus abalienauit, donata eis Potidæa.

4. Καὶ τὸ θρυλλούμενον] Ad hunc locum explicandũ Delio natatore nobis opus eſſet. Gallotus hãc affert coniecturam. Ita legatos Philippi cum Athenienſibus conueniſſe, vt in Athenienſiũ pace Amphipolis ac reliquæ ciuitates dicerentur contineri: Philippũ tamen eas pòſt recepturũ & cum Athenienſibus partiturum. Vlpianus ſic explicat. Pydna, vt ferunt, Macedoniæ oppidum fuit, Potidæa Thraciæ: ac Pydna quidem Philippo, Potidæa verò Athenienſibus paruit. Accidit autem aliquando vt Potidæa ad Philippum, Pydna ad Atheniẽſes deficeret: vterq; aũt ſua deſiderabat. Hoc igitur eſſe quod iactaretur, nẽpe vtroſq; ſua deſiderare, ſed clam, ne iſtæ vrbes ſibi cauerent.

5. Θετ-

5. Θετταλοὺς δὲ νῦν] Alterum inductionis membrum cõtinet duas Philippi fraudes: priorẽ commiſit, quòd promiſſam Magneſiam nõ tradidit: alteram, quod Phocenſe bellum, vt receperat, nõ cõfecit. Superiori oratione dixit Theſſalos κεκωλυκέναι prohibuiſſe Philippum Magneſiam τειχίζειν muro cingere, ſed fruſtraneo conatu, vt autor eſt Pauſan. lib. 7. Nam eam Philippus occupauit, atq; in ſuam poteſtatẽ redegit. De Phocẽſe bello ſcribit Diodorus: Philippũ poſt captam Methonem eieciſſe Phocenſes ex Theſſalia, idq; anno quarto centeſimæ ſextæ Olympiadis: biennio poſt hanc orationem habitam.

6. Ὅλως δὲ οὐδείς] Cõcluſio inductionis, qua hypotheſin ad theſin transfert. Non poteſt dare diſſimile exẽplum, quo Philippus videlicet eos, qui eius opera vſi ſunt, non turpiter induxerit.

7. Τὴν γὰρ ἑκάστων] Amplificatio concluſionis à ſubiecto: Philippus. n. ſingulorũ ignoratione vſus eſt ad ſuam potentiã augẽdam & roborandã. Intolerabilis aũt & omnib. modis vindicãda omnibus videtur audacia, qua quis ſimplicibus hominibus fucum facit eosq; in fraudẽ impellit. Hinc illud Ouid. *Fallere credentem, nõ eſt operoſa puellam Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.* Hãc perfidiã Cicero pro Roſcio Amerino plurib. amplificat, eaq; Titũ Roſcium vrget. Ex multis, quę ibi ſunt, duas grauiſſimas ſentẽtias decerpam. Prior eſt hęc. *Ergo idcirco turpis hæc culpa* (*perfidiæ*) *eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiã & fidẽ. Nã neq; mandat*

*quiſquam ferè, niſi amico: neq; credit niſi ei, quem fidelem putat, Perditiſsimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.* Altera ſententia hęc eſt. *Socium fallere turpiſsimum eſt, propterea quod auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem læditur, cui ſe commiſerit? Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur, tecti ad alienos eſſe poſſumus: intimi multa apertoria videant, neceſſe eſt. ſocium verò cauere qui poſſumus? quem etiam ſi metuimus ius officij lædimus. Rectè igitur maiores eum, qui ſocium fefelliſſet, in bonorum virorum numero non putarunt haberi oportere.*

8. Ὥσπερ οὖν διὰ τούτων] Syllogiſmi complexio explicatur argumento aduerſorum comparatione parium tractatorum: cuius hæc eſt ſententia,

*Contraria contrariorum ſunt conſequentia.*

*Atqui Philippus magnus potensq; euaſit, dum ſinguli putarent eum ſuis commodis conſulturum eſſe, atque idcirco ei fidem haberent.*

*Ergo neceſſe erit eum rurſus deprimi, cū omnes nunc intelligant eum ſua tantum agere & curare.*

9. Ὥσπερ οὖν] Comparationis protaſis, quæ aſſumtionis loco eſt.

10. Οὕτως ὀφείλει] Comparationis apodoſis, quę complexionis vice fungitur.

*Analy-*

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Ἀναδέξασθαι] Metaphora à ſponſoribus, qui factum aut debitum alterius in ſe recipiũt & pro ſuis agnoſcunt. Itaque ſicut apud Latinos verba, promittere ſeu polliceri & recipere differunt: ſic apud Græcos verba, ὑπισχνεῖσθαι & ἀναδέχεσθαι diſtinguuntur. Quomodo autem Latina differãt ex hiſce teſtimoniis planum fiet. De æſtate polliceris, vel potius recipis. ad Atticum. *Quæ tibi promitto ac recipio ſanctiſsimè eſſe obſeruaturum.* ad Famil. *Omnia Reipub. præſtiti, quæ mea confirmatione recepi.* Ergo recipere eſt anguſtius & maiore cum religione coniunctum, quàm promittere.

2. Πεφενάκικε] Metaphora à mulieribus, quæ φενάκῃ, id eſt coma adulterina (quam Suetonius galericulam & capillamentum vocat) hominibus fucum facere conantur. Hinc metaphoricè decipio, fallo, induco, Vlp.

3. Ἤρθη] Propriè ſignificat tollere in altum: ſed metaphoricè ſignificat augere, amplificare, ornare. Huic in textu opponitur καθαίρεσθαι, quod propriè ſignificat ex editiori loco in terram deturbare. Metaphoricè humiliare, euertere. Eadem metaphora eſt apud Ciceronem: *Etiamne vos meam fortunam deprimitis, veſtram extollitis.*

Καιρὸς μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τοῦτο πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πράγματα, ἢ παρελθών τις ἐμοὶ, μᾶλλον δὲ ὑμῖν δειξάτω, ἢ ὡς οὐκ ἀληθῆ ταῦτ᾽ ἐγὼ λέγω, ἢ ὡς οἱ τὰ πρῶτα ἐξηπατημένοι, τὰ λοιπὰ πι-

στεύσουσιν αὐτῷ, ἢ ὡς οἱ παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι θετταλοί, νῦν οὐκ ἂν ἐλεύθεροι γένοιντο ἄσμενοι. Καὶ μὴν εἴ τις ὑμῶν ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν ἡγεῖται, οἴεται δὲ βίᾳ καθέξειν αὐτὸν τὰ πράγματα, τῷ τὰ χωρία καὶ λιμένας, καὶ τὰ τοιαῦτα προειληφέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ, καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς, καὶ μένειν ἐθέλουσιν οἱ ἄνθρωποι. Ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις, ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα, ἅπαντα ἀνεχαίτισε, καὶ διέλυσεν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα, καὶ ἐπιορκοῦντα, καὶ ψευδόμενον, δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γήθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὐτὰ καταρρεῖ. ὥσπερ γὰρ οἰκίας οἶμαι καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ· οὕτω καὶ τῶν πράξεων καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι νῦν ἐν τοῖς πεπραγμένοις Φιλίππῳ. Φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγῃ κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι· πρὸς δὲ θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ. καὶ γὰρ νῦν εἰσιν ἐψηφισμένοι, παγασὰς ἀπαιτεῖν, καὶ περὶ μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι. σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον, οἱ παρ' ὑμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν, ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως, καὶ ὄντων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν. ὡς ἅπας μὲν λόγος,

ἂν

ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. μάλιστα δὲ ὁ περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως. Ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ᾽ αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον πάντες ἀπιστοῦσιν αὐτῷ. Πολλὴν δὲ τὴν μετάστασιν, καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολὴν, εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν.

1. Καιρὸς μὲν δὴ] Complexionis totiusq; ſuperioris argumenti amplificatio: qua ſyllogiſmo diſiũcto probat, Philippi res eò loci adductas eſſe, vt neceſſariò pereant.

*Aut tẽpus, quo Philippi res corruãt, appetiit; aut ego falſa dico: aut ij, quos primò fefellit, fidẽ habebũt: aut præter ius & æquũ ſubacti libẽter ſeruient.*

*At neq; ego falſa dico: neq; ſemel decepti fidẽ habebũt: nec præter ius in ſeruitutem redacti lubentibus animis ſeruient.*

*Ergo tempus, quo res Philippi pereant, impendet.*

2. Καιρὸς] Propoſitio ſyllogiſmi primo loco eſt.

3. Καὶ μὴν εἴ τις] Aſſumtio ſyllogiſmi ponitur cõceſſione quadã, & cõiunctã habet complexionẽ, quam inſequentibus copioſe & elegãter probat. Sẽſus eſt. Nemo veſtrum probare poterit me falſa dicere, aut deceptos fidẽ habituros, aut in ſeruitutẽ redactos æquis animis iugum laturos eſſe: atq; idcirco libẽter cõcedetis Philippi res diutius ſtare non poſſe: id quod multis nũc vobis ꝓbabo.

4. Ὅταν μὲν γὰρ] Complexionis ratio ducitur à contrariis atq; hoc ſyllogiſmo amplificatur.

*Contraria contrariorum ſunt conſequentia.*

*Atqui beneuolentia concordiaq́ res omnes conſeruantur.*

*Ergo maleuolentia res omnes dilabuntur.*

5. Ὅταν γὰρ ὑπ' εὐνοίας] Syllogiſmi aſſumtio eſt communis ſentẽtia omnibus hominibus, omnibus ætatibus, & omnibus locis probata. *Fidelis eſt cuſtos beneuolentia vel ad perpetuitatem.* Item. *Rerum omnium non aptius eſt quicquam ad opes tuendas quam diligi.* Cic. 2, de Offic. *Concordia paruæ res creſcunt*. Saluſt. in bello Iugurthino. Ἡ κτῆσις τῶν φίλων πιστῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. id eſt, *amici fideles non vi, ſed beneuolentia & beneficentia comparantur & conſeruantur.*

6. Ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας] Syllogiſmi complexio. Ergo, inquit, ſi quis auaritia & malitia vires ſibi acquiſiuit, leuiſſima quæque occaſio omnia interturbat ac euertit. Huc pertinet illud Saluſtij. *Diſcordia magnæ res dilabuntur.* Item illud Ciceronis in Lælio: *Id ſi minus intelligitur quanta vis in amicitia concordiaq́ ſit, ex diſſenſionibus atque diſcordiis percipi poteſt. Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odiis atque diſcordiis funditus poſſit euerti?* Huc refer etiam id quod eſt apud Vergil. in Bucolicis:

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*
*Barbarus has ſegetes? en quò diſcordia ciues*
*Perduxit miſeros? en queis conſeuimus agros?*

7. Οὐ γάρ ἐστιν] Complexionis ratio ex communi ſententia. Fieri omnino, inquit, non poteſt, vt iniquus, periurus, perfidus ſtabilem & firmam poten-

potentiam retineat. Huc facit quod eſt apud Euripidem in Electra:

Ηὔχεις τις εἶναι τοῖσι χρήμασι σθένων,
Τὰ δὲ οὐδὲν εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον,
Οὐ γὰρ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα.
Ἡ μὲν γὰρ αἰεὶ παραμένουσ' αἴρει κακά,
Ὁ δ' ὄλβος ἄδικος, καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνιών,
Ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Id eſt, *Iactabas te aliquem eſſe opibus pollentem: Hæ autem nullius ſunt pretij, niſi breui & conuerſentur tempore. nam natura ſtabilis firmaq́; non eſt pecunia. Ea namq́; perpetuò durans tollit mala: diuitiæ autem iniuſtæ & cum prauis commorantes euolant è domibus, exiguo eum floruerint tempore.*

Huic ſimile eſt, quod Seneca ait in Thyeſte:

*Vbi non eſt pudor,*
*Nec cura iuris, ſanctitas, fides, pietas,*
*Inſtabile regnum eſt.*

Hoc idem monent vetera prouerbia:

Ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθ' ἦλθεν ἔνθεν ἔβη.
*Sal abiit illuc vnde dimanauerat.*
*Malè parta, malè dilabuntur.* Cic. 2, Philip.
*Malè partũ, malè diſperit.* Plaut. in Pœnulo.

8. Ὥσπερ γὰρ οἰκίας] Cõfirmatio ſuperioris ſententiæ ex cauſſa conſeruante omnium rerũ, quæ eſt bonum fundamentum. Syllogiſmus perfectus eſt.

*Rerum omnium initia & fundamenta vera & iuſta eſſe debent, ſi debeant eſſe diuturnæ & ſtabiles:*

*Atqui illud non eſt in rebus Philippi.*
*Ergo res eius non erunt ſtabiles.*

Propoſitio ornatur & illuſtratur elegãti & appoſito ſimili ab ædibus, nauibus, & cæteris ædificiis deſumto: in quibus niſi fundamẽta firma ſint & immota ſolidáq;, ædificia tẽpeſtatum & ventorum vi facilè conuelluntur.

9. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι] Syllogiſmi aſſumtio.

10. Φημὶ δὴ δεῖν] Complexio ſyllogiſmi conſtans egregia adhortatione ad Athenienſes, vt rerũ curam ſuſcipiãt. Eſt autem cohortatio bimembris. Primum mẽbrum eſt, auxilium Olynthiis portandũ: quod explicatur duob. argumentis, modo nimirum & tempore per cõparationem minorũ: Omniũ optimè, inquit, & ocyſſime ferẽdum eſt Olynthiis auxilium. Vult ergo Orator vt non leuiter tantùm, ſed ſeriò & grauiter auxiliũ ferant; neq; id, pro more ſuo de die in diem trahant.

11. Πρὸς δὲ Θετταλοὺς] Alterum membrum eſt legatio ad Theſſalos mittenda: cuius officium ſeu finis bimembri partitione explicatur: nam illa legatio alios, qui videlicet à Philippo alienis ſunt animis, & Athen. benè volunt, de auxilio decreto erudire & animare debet: alios verò, qui nimirũ Philippo eiuſque partibus fauent, acuere aduerſus ipſum atq; ad arma capienda ſolicitare. Nam Theſſali in duas partes erant diſtracti: quorũ alij ſeſe Athenienſibus & Phocenſibus adiungebãt: alij verò Philippi partes & Theban. ſequebantur.

12. Καὶ γάρ εἰσιν] Ratio legationis mittendæ à fa-

ctis

ctis Theſſalorum eorumq; teſtimonio. Decreuerunt, inquit, Theſſali & publico plebiſcito teſtantur ſe Pagaſas ipſis ereptas ab eo repoſcere & de Magneſia iure cum eo certare velle.

13. Σκοπεῖσθε μέν τοι] Digreſſio in reprehenſionē conſuetudinis Athenienſium, & explicationem veri modi & formæ legationum: quam in duab. rebus conſtituit, & explicat comparatione minorum. Vobis, inquit, etiam atq; etiam cogitandum eſt & opera danda, vt non tantùm verba dent legati veſtri, ſed rei etiam aliquid à vobis præſtari oſtendere poſſint: videlicet vos expeditionē vrbe dignam ſuſcepiſſe, & in res incumbere. Quod poſtremū membrū hactenus neglexerunt Athen.

14. Ὡς ἅπας μὲν λόγος] Formæ legationis rationē addit à generali & cōmuni ſententia ſeu à genere. Omnis inquit, oratio, quæ factis caret, eſt inane & vanum quiddam: eſt ᾠὸν ὑπηνέμιον, ouum ſubuentaneum ſeu zephyrium, vt vetus habet prouerbium. Ergo & oratio à veſtra vrbe profecta talis erit. Huc referantur adagia illa trita. Λῆρον ληρεῖς, *nugas nugaris: Verba das: Græca fides.* Simile eſt apud Euripidem in Hecuba.

Ἀγάμεμνον ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτε
Τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον.
*Agamemnon haud quaquam decet homines*
*Linguá quàm factis valere plus.*

Tale eſt illud Ciceronis 4 Academic. *Plus in gerendis negotiis res, quam verba proſunt.* Item illud Terent. in Adelphis.

*Neq; tu verbis ſoluis vnquam, quod mihi in re malefeceris.*

15. Μάλιςα] Huius amplificationis ratio cognoſci poteſt ex orat. Demoſth. ad Epiſtolam Philip. vbi hæc ſententia cum adiuncta ratione repetitur. Ὡς ἅπας μὲν ἐστὶ λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος· τοσούτῳ δὲ μάλιςα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων ἑλλήνων. *Omnis oratio factis carens vana eſt, maximè verò ea quæ à noſtra vrbe proficiſcitur, & quò promtius ea, quam cæteri Græci vti videmur.*

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Ἤ] Anaphora ſeruiens diſtinctioni rerum.
2. Καὶ μὴν] Occupatio obiectionis.
3. Συςῇ] Metaphora à rebus corporis, quæ coagmentari & vinculis copulari dicuntur.
4. Ἀνεχαίτισε] Propriè de equo ſeſe erectis iubis efferente, & inſeſſorem excutiente: hinc metaphoricè pro laſciuio, repugno. Deinde ſignificat iuba prehenſa equum prohibere. Hinc metaphora reprimo curſum, impedio.
5. Καὶ σφόδρα] Hæc ſententia habet prolepſin, & allegoricam à floribus metaphoram.
6. Παροξυνεῖν] Metaphora à rebus cuſpidatis & mucronatis, vtpote gladiis, iaculis, telis: quæ propriè ὀξέα & παροξυνεῖν dicuntur: metaphoricè inſtigare, ſolicitare.

Κἂν ταῦτα ἐθελήσετε ὡς προσήκει καὶ δεῖ, περαίνειν, οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ ἀσθενῶς

καὶ ἀπίστως ἔχοντα φανήσεται Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ δυνάμεως κακῶς ἔχοντα ἐξελεγχθήσεται. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει, ἐστί τις οὐ σμικρά· οἷον ὑπῆρξέ ποθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους· πάλιν αὖ πρὸς Ποτίδαιαν Ὀλυνθίοις ἐφάνη τι τοῦτο συναμφότερον. νυνὶ δὲ θετταλοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε. Καὶ ὅποι τις ἄν, οἶμαι, προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν, πάντ' ὠφελεῖ. αὐτὴ δὲ καθ' ἑαυτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστὶ μεστή. καὶ γὰρ οὗτος ἅπασι τούτοις, οἷς ἄν τις μέγαν αὐτὸν ἡγήσαιτο, τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στρατείαις, ἔτ' ἐπισφαλεστέραν αὐτὴν, ἢ ὑπῆρχε φύσει, κατεσκεύακεν ἑαυτῷ. μὴ γὰρ οἴεσθε τοῖς αὐτοῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππόν τε χαίρειν, καὶ τοὺς ἀρχομένους. Ἀλλ' ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ, καὶ τοῦτο ἐζήλωκε, καὶ προείρηται, πράττων καὶ κινδυνεύων, ἂν συμβῇ τι παθεῖν, τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦτα, ἃ μηδεὶς πώποτε ἄλλος μακεδόνων βασιλεὺς, δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς εἰρημένος. Τοῖς δὲ, τῆς μὲν φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων, οὐ μέτεστι. Κοπτόμενοι δὲ ἀεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω, λυποῦνται καὶ συνεχῶς ταλαιπωροῦσιν, οὔτ' ἐπὶ τοῖς ἔργοις, οὔτ' ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἐώμενοι διατρίβειν, οὔθ' ὅσ' ἂν ποιήσωσιν οὕτως, ὅπως ἂν δύνωνται, ταῦτα ἔχοντες διαθέσθαι, κεκλεισμένων τῶν ἐμπορείων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ μακεδόνων πῶς ἔχουσι Φιλίππῳ, ἐκ τούτων ἄν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτὸν ὄντες ξένοι καὶ πεζαίτεροι, δόξαν μὲν ἔχουσιν, ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων τινὸς ἤκουον, ἀνδρὸς οὐδαμῶς

οἷοί τε ψεύδεσθαι, οὐδένων εἰσὶ βελτίους. εἰ μὲν γάρ τις ἀνὴρ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς οἷος ἔμπειρος πολέμου καὶ ἀγώνων, τούτους μὲν φιλοτιμίᾳ πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη, βουλόμενον πάντα αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι τὰ ἔργα. Πρὸς γὰρ αὐτοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν φιλοτιμίαν τ' ἀνδρὸς ἀνυπέρβλητον εἶναι. Εἰ δέ τις σώφρων ἢ δίκαιος ἄλλως, τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμοὺς οὐ δυνάμενος φέρειν, παρεῶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον. Λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν εἶναι λῃστὰς καὶ κόλακας, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι, τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Δῆλον δ' ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ. Καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντως ἀπήλαυνον ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας, Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν, ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει. καίτοι ταῦτα εἰ καὶ μικρά τις ἡγεῖται, μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἀλλ' οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν. αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. εἰ δέ τι πταίσει, τότε ἀκριβῶς αὐτοῦ πάντ' ἐξετασθήσεται. δοκεῖ δ' ἔμοιγε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείξειν οὐκ εἰς μακράν, ἄν οἵ τε θεοὶ θέλουσι καὶ ὑμεῖς βούλησθε. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δ' ἀρρώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ. Οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ

κακὰ

κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστι· ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα.

Alterum argumentum ex adiunctis imperij Philippi: quæ ſunt cauſſæ cōſeruantes & perdentes regnorum, ciuitatū, Rerump. & imperiorum. Superius igitur argumentū ex cauſſa procreante probauit Philippi regnū nec ſtabile nec inuictum eſſe: nunc ex cauſſis conſeruantibus idem probat hoc ſecundum argumentum, hac ratione.

*Nullum regnum ſociorum auxiliis deſtitutum, per ſe infirmum, ex mala ſubditorum conſtitutione laborans poteſt eſſe firmum & inuictum.* Deeſt propoſitio & nititur axiomate: Sublata cauſſa tollitur effectus.

*Atqui Philippi regnum & Macedonū tale eſt: Igitur nec firmum, nec inuictum eſt.*

1. Κἂν ταῦτα ἐθελήσετε] Aſſumtio explicatur & probatur inductione. Ac primum membrum agit de auxiliis ſociorum, ex antecedentē cohortatione deducitur, & per comparationē minorum cum ſecūdo membro coniungitur. Si inquit officium feceritis, animaduertetis Philippi non ſolū ſocietates, id quod paulò antè monui infirmas eſſe minimè fideles: ſed id quoq; planū fiet, proprium regnum male habere. Hoc conſequens nunc probat inductione.

2. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ] Primū inductionis membrum exponitur occupatione. Obiici poterat: At regnū illud ſæpe aliis multum profuit. Ergo non infirmum eſt. Ad obiectionem reſpondet Orator

argumento diuerſorum, quod habet παρομολογίαν conceſſionem & ἀντεισαγωγὴν contrariam inductionem obiectionem referens ad paralogiſmum accidentis & cauſſæ.

3. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ] Conceſſio eſt. Fateor, inquit, vires Macedonicas & imperium aliquid poſſe, ſi cum aliis coniungantur. Hanc conceſſionē confirmat inductione trium exemplorum.

4. Οἷον ὑπῆρξε] Primum exemplum eſt Atheniēſium, quibus Macedonia aduerſus Olynthios auxilio venit & bonam operam nauauit. Hinc perſpicitur Athenienſes olim fuiſſe hoſtes Olynthiorum & bellum geſſiſſe cum Olynthiis, quos nunc defendunt aduerſus Macedoniam ſibi antea auxiliantem: quod etiam Libanius & Xenophon in Hellenicis teſtantur. De hoc Timotheo ſcribit Cicero 3 de Orat. fuiſſe Iſocratis diſcipulum, & Cononis præſtantiſſimi Imperatoris filium, ſummum ipſum Imperatorem, hominemque doctiſſimum.

5. Πάλιν αὖ πρὸς] Secundum exemplum Olynthiorum: quibus Macedonia aduerſus Potidæam adfuit. Hoc verò loco exemplum habemus illuſtriſſimum eius ſententię, quæ eſt in Hecuba Euripidis.

Δεινόν γε θνητοῖς, ὡς ἅπαντα συμπίτνει,
Καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν
Φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους
Ἐχθροὺς δὲ τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι. Id eſt:
*Mirum profectò, vt omnia incidant mortalibus,*

*Fataq;*

*Fataq́ certis præſinita legibus.*
*Eos amicos ſtatuant, qui fuerunt inimiciſſimi,*
*At infeſtos reddant, qui prius erant beneuoli.*

6. Νῦν δὲ] Tertium exemplum Theſſalorum, quibus Philippus aduerſus regulos tyrannidem exercentes auxilium tulit, eosq́; ſubiugauit. Hoc verò vt extenuet Orator, cõmunicat cum multis, ne proprium videatur Philippi.

7. Καὶ ὅπῃ τις ἂν] Concluſio primi membri à communi ſententia: cui reſpondet illa Heſiodi ι ἔργων.

Εἰ γὰρ κὲν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδῃς, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

*Si paruum paruo addideris, & ſæpe hoc feceris, continuò & ipſum magnum fiet.* Vide prouerbiũ, *Multis ictibus deiicitur quercus.* Itẽ: *Puſillum puſillo adde.*

8. Αὐτὴ δὲ καθ'] Ἀντεισαγωγή. At Macedonia per ſe & ſuis viribus eſt infirma & multis malis onuſta. Hęc eadem ſententia de Macedonia eſt in Orat. ad Epiſt. Philip. Ἐν μὲν προσθήκης μέρει ῥοπήν τινα ἔχει καὶ χρῆσιν, αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενής ἐστι.

9. Καὶ γὰρ αὐτός] Ratio ſuperioris ἀντεισαγωγῆς à factis Philippi per prolepſin & comparationem minorum, & βίαιον ſeu violationem.

10. Μὴ γὰρ οἴεσθε] Alterum inductionis membrum de ſubditis habet duo alia membra: prius agit de iis, qui ſunt αὐτόχθονες indigenę, qui ſedem & domicilium in Macedonia habẽt: alterum de peregrinis, qui aliunde acceſſerant, vt ſeruirent Philippo. De prioribus agit perpetua diſſimilium

comparatione, cuius hæc ſententia eſt: Philippus & ſubditi, qui rerum ſuarum ſedem in Macedonia fixerunt, non iiſdem rebus delectantur, ſed longiſſimè diſſentiunt.

11. Ἀλλ' ὁ μὲ δόξης] Comparationis protaſis probatur adiunctis & factis Philippi, quæ amplificātur à fine & duplici minorum comparatione ad hunc modum. Philippus eſt gloriæ nimium auidus, & ambitioſus: ac proinde omnem cogitationē, omnes animi & corporis vires in eo collocat & figit, omneſq; periculorū tempeſtates ſubit & perfert, vt videlicet maiorē ſibi gloriā pariat, q̃ omnes ante ſe Macedonū reges pepererunt: imò vitę ſecuræ & trāquillę, qua homini nihil gratius accidere poſſe vulgò putatur, gloriam anteponit.

12. Τοῖς δὲ τ̃ μὲν] Antapodoſis probatur adiūctis & factis ſubditorum. Subditi verò, inquit, nihil gloriæ adipiſcuntur, in perpetua miſeria verſantur, & continenter affliguntur, opera ſua negligere coguntur, nec ſuos fructus, qui ex agris proueniunt, commodè diuendere poſſunt, cum omnia emporia Martis violentia clauſerit. Huc facit illud Ciceronis pro Pompeio. *Non ſolùm aduētus belli, ſed metus ipſe affert calamitatem. Nam cum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit.*

13. Οἱ μὲν οὖν] Concluſio prioris membri. Videtur hic eſſe talis ſyllogiſmus:

*Contraria ſtudia & morum diſſimilitudo diſſociat*

*ami-*

*amicitias & odium parit.* Hanc propoſitionem perſequitur Cicero in Lælio.

*Atqui Philippi eiusq́; ſubditorũ contraria ſunt ſtudia & diſſimiles mores.* Hęc aſſumtio in ſuperiori cõparatione probata fuit & explicata.

*Ergo diſſociãt amicitiã & beneuolentiam tollunt.*

14. Οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτόν] Alterum membrum de peregrinis: quod tractatur diſtributione & diſſimilitudine quadam: in cuius priori parte agit de iis quos Philippus odio habet & aſpernatur: in poſteriori, de iis quos in deliciis habet & fouet.

15. Οἱ δὲ δὴ περί] Prior diſtributionis pars habet duo membra: alterum membrum agit de iis qui ſunt periti bellorum & pręliorũ: alterum de temperantibus & modeſtis, qui Philippi luxum quotidianum, ebrietatem, turpes ſaltationes ferre nõ poſſunt: illos Philippus à ſe eiicit: hos verò contẽnit. Quæ omnia autor tribus argumentis deſcribit: I. eſt cauſſa efficiens, ambitio & luxuria. II. eſt finis: vt Philippus ſolus rerum bene geſtarũ autor & perfector habeatur, & gloriæ ſociũ neminem habeat. III. eſt teſtimonium cuiuſdam viri, quem duobus adiũctis, quæ in fide digno teſte maximè requiruntur, deſcribit. Primum exprimitur his verbis: τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ, qui fuit in ipſa regione. Eſt ergo non ſolum auritus, ſed etiam oculatus teſtis: quod magnum eſt. Hinc illud Ciceronis pro Archia: *Qui ſe non opinari ſed ſcire: non audiuiſſe ſed vidiſſe dicit.* Notum etiam eſt illud Plauti prouerbium in Truculento.

*Oculatus teſtis vnus pluris eſt, quàm auriti decem.* Alterum adiunctum eſt in his verbis: Οὐχ οἷόν τε ψεύδεσθαι, qui non ſolet mentiri. Et hoc in teſte maximum præcipuumque eſt. Huc facit elegantiſſimus locus Ciceronis pro Flacco de leuitate Græcorum. *At quos teſtes? Græcos, non quod nationi huic fidem ego vnus maximè derogem. Nam ſi quis vnquam de noſtris hominibus à genere iſto, ſtudio & voluntate abhorrens fuit: me & eſſe arbitror, & etiam tum, cum plus otij erat, fuiſſe: ſed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt: multi impudentes, illiterati, leues, quos variis de cauſsis video concitatos. Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas: do multarum artium diſciplinam: non adimo ſermonis lepôrem, ingeniorum acumen, dicendi copiã: deniq; etiam, ſi qua ſibi alia ſumant, non repugno: teſtimoniorum religionem & fidem, nunquam iſta natio coluit: totiusq́; huiuſce rei quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus ignorant.*

16. Κορδακισμούς] Tria apud Græcos, vt commentatur Ariſtophanis interpres, ſaltationis genera fuerunt in vſu: primùm erat ἐμμέλεια, quo vtebantur in Tragœdiis: alterũ σίκιννις, quod vſurpabant in Satyris: tertium erat κόρδαξ, quod adhibebatur in Comœdiis. Hoc reprehẽditur: nam in eo, vt inquit idem, αἰσχρῶς ἐκίνουν ὀσφῦν, turpiter mouebant lumbos: vnde Athenæus φορτικὸν appellat: Heſychius ἄσεμνον. Hinc verbum κορδακίζειν eo modo ſaltare: & verbale κορδακισμός. i. cordacis ſaltatio.

17. Λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν] Alterum diſtributionis membrum de iis, quos Philippus ſecum habet, quos fouet & alit. Ij autem tribus adiunctis hoc loco deſcribuntur, ſeu in tria genera diſtinguuntur: ſunt enim vel ſicarij & latrones, vel impudentes aſſentatores: vel turpes ſaltatores & cantores. Hoc autem probat Orator à ſigno & exemplis. Nam libidinoſos, impuros, & petulantes præſtigiatores, quos Athenienſes ob intemperantiam & libidinem è ſua ciuitate exegerunt, eos omnes Philippus recepit. Comparatio hæc illuſtretur ſententiis autorum. Ad protaſin pertinent hæc.

*Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́; iocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem, gnauumq́; remiſſi.* Horat. lib. 1. Epiſt.

*Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur: nec ob aliam cauſſam vllam boni improbis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maximè poteſt eſſe morum ſtudiorumq́; diſtantia.*

Ad antapodoſin hæc referantur.

*Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis,*
*Et ſeruat ſtudij fœdera quiſq; ſui.*
*Ruſticis agricolam, miles fera bella gerentem:*
*Rectorem dubiæ nauita puppis amat.* Ouid. 2. de Pont.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν, ἐμὶν δ' ἁ μῶσα καὶ ᾠδά. Theocritus.

Item prouerbium: ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον: cui ſimi-

le eſt illud Cic. in Cat. M. *Pares cum paribus facilè congregantur.* Item in Lælio: *Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius natura.*

18. Καί τοι ταῦτα] Syllogiſmi complexio conſtat occupatione duplici, qua duplici Athenienſium obiectioni occurrit. Nam obiicere poterunt: hæc quæ nobis narras, vel ſunt exigua & parui momenti; vel ſunt falſa, quia à nemine conſpiciũtur. Ad priorem obiectionem reſpondet autor paromologia ſeu conceſſione, & antiſagoge ſeu contraria inductione, id eſt argumento diuerſorum. Etſi, inquit, iis qui iudicio deſtituuntur, hoc eſt, vulgo imperito exigua eſſe videntur & leuia: tamen prudentes viri pro euidẽtibus & manifeſtis indiciis habent animi & infortunij Philippi. Ad poſteriorẽ reſpondet argumento cauſſę. Rerum, inquit, proſper ſucceſſus Philippi malis tenebras offundit, vt non cuiuis prompta ſint: ſi verò paululum offenſum fuerit, tum exactè perpendẽtur omnia: quin non multò poſt oſtendetur, ſi Deus & vos volueritis.

19. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς] Illuſtrat ſuperiorem cauſſam egregio ſimili à corpore humano, cuius ſententia huc redit.

*De ſimilibus idem eſt iudicium.*

*Atqui in corporibus humanis dum quis robuſtus et bona valetudine eſt, nihil putridi animaduertit; ſi verò morb. aliquis inuaſerit, omnia mouẽtur.*

*Ergo etiam in rebus publicis & tyrannis, quandiu foris bellum gerunt, mala non ſunt nota vulgo:*

*ſi*

*ſi verò bellum aliquod finitimum ingruerit, omnia fiunt manifeſta.*

Plutarchus eandem ſententiam alia ſimilitudine illuſtrauit. *Vt floridum, inquit, aulæum aliquãdo multa tegit ſordida: ſic ſplendor & ſtrepitus potentũ multas obtegit calamitates.* Seneca quoq; aliam habet. *Vt quibuſdam, inquit, cum foris in foro aut curia conſpicui ſunt ac ſplendidi, domi moroſa vxor eſt, quæ contriſtat: ita in regno & diuitiis multa ſunt occulta mala.* Hæc eadem ſimilitudo ferè iiſdẽ verbis eſt in Oratione ad Epiſt. Phil. Τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις, id eſt, *Proſperitas eius hiſce quaſi tenebras obducit:* αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δέ τι πταίσῃ, τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται. *Nam ſecundæ res aptæ ſunt ad occultandum & obuelandum peccata hominum: ſi verò aliquid titubarit, tum omnia accuratè deteguntur.* Poſtea ſubiicitur ſimilitudo. ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν συμβαίνει (*vſu venit*) ὅταν μὲν ἐρρωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστον σαθρῶν. ἐπὰν δ' ἀρρωστήσῃ (*ægrotare cœperit*) πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ᾖ μὴ τελέως ὑγιεινόν, (*non perfectè ſanum fuerit*) οὕτω καὶ τῶν βασιλέων καὶ πασῶν τῶν δυναστῶν (*ſic etiam regum & omnium poteſtatum*) ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις κατορθῶσι, (*quamdiu feliciter bella gerunt*) ἀφανῆ (*incognita*) τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν. εἰ δέ τι πταίσωσιν, γίνεται φανερὰ τὰ δυσχερῆ πάντα (*manifeſta fiunt incommoda*) τοῖς ἅπασιν.

18. Ῥῆγμα] Generaliter ſignificat ruptionem: vt apud Ariſtophanē ῥήγματα γῆς, ruptiones terræ: Apud medicos autē ſpecialiter accipitur pro morbo: quam Galenus definit διαίρεσιν τῆς ἑνώσεως κατὰ τοὺς μῦς, diuiſionem vnionis in muſculis. Gorræus verò ait eſſe carnoſæ partis ſolutionem citra vulnerationem. Vlpianus inquit, ῥῆγμα vocari ἀγγείου τινὸς ῥῆξιν vel νεύρου διάστασιν.

19. Στρέμμα] Generaliter ſignificat id quod tortum eſt, à στρέφεσθαι torquendo. Medicis verò dicitur, ſi membrum luxatum eſt. Vnde Vlpianus appellat ἄρθρου διάβασιν, vel ὀστέου μετάβασιν. Dioſcorides de hoc morbo inquit: Σὺν ὄξει στρέμματα, καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ. Quæ verba Plin. lib. 32. cap. 10 ſic reddidit: Phragnitis radix cum aceto tuſa luxatis medetur & ſpinæ doloribus ex aceto illita.

## *Analyſis Rhetorica.*

1. Φανήσεται] In hac periodo eſt epiſtrophe ſeu homioteleuton, & numerus inſignis.

2. Νοσοῦσι] Metaphora à corporibus animatis. Simili metaphora Cicero in Verrem, ægrotam Rempub. dixit.

3. Ἐζήλωσε] Id eſt magno & ardenti ſtudio ſectatur. Metaphora catachreſtica ab iis, qui Zelotypiæ vitio laborant.

4. Κοπτόμενοι] Κόπτομαι propriè ſignificat vulnero, percutio, tundo: metaphoricè vexo, fatigo, afflicto.

5. Ἐπισκοτεῖ] Metaphora à tenebris.

Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιππον εὐτυχοῦντα ὁρῶν, ταύτῃ φοβερὸν προσπολεμῆσαι νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνθρώπου λογισμῷ χρῆται. μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε εἴ τις αἵρεσίν μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, ἐθελόντων, ἃ προσήκει ποιεῖν, ὑμῶν αὐτῶν, καὶ κατὰ μικρὸν, ἢ τὴν ἐκείνου. Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ. ἀλλ' οἶμαι, καθήμεθα, οὐδὲν ποιοῦντες. οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιεῖν, μή τι γε δὴ τοῖς θεοῖς. Οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστι, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς, καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι, καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων, ὑμῶν μελλόντων, καὶ ψηφιζομένων, καὶ πυνθανομένων περιγίνεται. οὐ δὴ θαυμάζω τοῦτ' ἐγώ· τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς, ὧν τοῖς πολεμοῦσι προσήκει, τοῦ πάντα ποιοῦντος ἃ δεῖ, περιῆμεν. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ λακεδαιμονίοις μέν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπὲρ τῶν ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε, καὶ πολλὰ ἴδια πλεονεκτῆσαι πολλάκις ὑμῖν ἐξὸν, οὐκ ἠθελήσατε, ἀλλ' ἵνα οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἀναλίσκετε εἰσφέροντες, καὶ προεκινδυνεύετε στρατευόμενοι. νυνὶ δὲ ὀκνεῖτε ἐξιέναι καὶ μέλλετε εἰσφέρειν ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σεσώκατε πολλάκις πάντας καὶ καθ' ἕκαστον ἐν μέρει, τὰ δὲ ὑμέτερα αὐτῶν ἀπολωλεκότες κάθησθε. Ταῦτα θαυμάζω.

Tertium argumentum ducitur à cauſſa con-

ſeruante rerum principe, quæ eſt fortuna: quam Ethnici rerum dominam, ſed falsò fecerunt. Hoc verò argumẽtum tractat Orator perpetua comparatione. Nam quia inficiari non poteſt res omnes hactenus ad voluntatem Philippi fluxiſſe, & per conſequens fortunam, quam nominant, ei fauere; comparat Philippi fortunam cum fortuna Atheniẽſium, atq; ex ea comparatione oſtendit ſucceſſum rerum non tam fortunæ, quàm induſtriæ & diligentiæ tribuendum eſſe.

1. Εἰ δέ τις] Accedit ad tertium argumentum per prolepſin. Obiici poterat. At Philippus proſpera vtitur fortuna hactenus: atq; ideo terribilis & formidabilis eſt oppugnatu. Ad hanc obiectionẽ reſpondetur cõceſſione. Si quis, inquit, de Philippo ita animo agitat ſuo, prudenter is cogitat.

2. Μεγάλη γὰρ] Conceſſionis ratio ab adiuncta vi & facultate fortunæ. Multũ, inquit, ſeu potius omnia poteſt in rebus humanis. Similis ſententia eſt apud Iſocrat. aduerſus Callimach. ἔπι δὲ τῶν μὲν τοιούτων ἔργων, ὅσα μετὰ κινδύνων πέπρακται τὸ πλεῖστον ἄν τις μέρος τῇ τύχῃ μεταδιδοίη. Idẽ apud Vergil. Eclog. *Sors omnia verſat.*

Item apud Ouid.

*Nempe per hos etiam fortuna iniuria mores*
*Regnat, & incerta eſt hic quoq; nixa rota.*
*Hic quoq; ſentitur, ne quid non improba carpat,*
*Sæuit, & iniuſtum ius ſibi vbiq; facit.*

Cicero lib. 14 ad Attic. ſcribit: *Fors in armis plus quam ratio poteſt.* Idem 2 Offic. *Magna vis eſt in for-*

*fortuna in vtramque partem vel ſecundas ad res vel aduerſas. Nam & cum proſpero flatu eius vtimur, ad optatos exitus prouehimur: & cum reflauit, affligimur.*

3. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε] Hęc eſt obiectionis λύσις ſolutio, conſtans hoc ſyllogiſmo.

*Si vos ipſi vel ad punctum temporis officium faceretis: meliori fortuna, quàm Philippus vteremini.*

*Atqui officium non facitis.*

*Ergo peiori fortuna conflictamini.*

4. Οὐ μὴν ἀλλά] Propoſitio ſyllogiſmi amplificata cõparatione & teſtimonio Demoſthenis.

5. Πολὺ γὰρ πλείω] Propoſitionis ratio è cõparatione cauſſarum, quibus fortuna bona à Deo impetratur: eæ autem ſunt plures & maiores in Athenienſibus, quàm in Philippo. In Orat. ad Epiſt. Phil. cauſſas exponit. Ἔτι δὲ τοσούτῳ πλείους ἀφορμὰς αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχομεν, ὅσῳ διατελοῦμεν εὐσεβέστερα καὶ δικαιότερα πράττοντες. *Ergo iuſtitia & pietas conciliat nobis Dei beneuolentiam & fauorem.*

His ergo verbis docet Demoſthenes proſperos rerum ſucceſſus & ſecundam fortunam à Dei beneuolentia pendere & gubernari. Huc facit præclara Ciceronis ſententia 1 de Finib. *In mundo Deus eſt aliquis, qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum viciſſitudines ordinesq́ue conſeruat.*

6. Ἀλλ' οἶμαι] Aſſumtio ſyllogiſmi: quam pro-

bat communi ſententia ſeu ex genere. Nos verò, inquit, otioſi ſedemus, nihil agimus, nullam rerum gerendarum curam habemus. Vnde nobis vſu venit, quod omnibus ignauis hominibus, vt videlicet neq; ab amicis nec à Deo auxilium petere auſimus. Huc facit illud Saluſtij in Coniur. *Nequicquam Deos implores, ſi inertiæ & ſocordiæ deditus fueris.* Item illud Euripidis in Electra:

Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
Βίον δύναιτ᾽ ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

*Nemo ignauus, Deos habens in ore ſemper,*
*Victum poßit colligere ſine labore.*

7. Οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστι] Complexio ſyllogiſmi mirum in modum augetur, idq; diſſimiliũ comparatione. Cuius protaſis ex loco effectorũ hoc ſyllogiſmo concluditur:

*Non mirum eſt bella gerentem, laborantem, pericula adeuntem, & nullum tempus prætermittentem, cunctantes, deliberantes, & interrogantes ſuperare. Fortes fortuna iuuat.*

*Sed Philippus laborat, bella gerit, & reliqua agit; nos verò contrà.*

*Non mirum igitur eſt Philippum nos ſuperare.*

8. Τοὐναντίον γάρ] Antapodoſis ratio quoq; eſt ex effectis per diſſimilitudinem. Syllogiſmus talis eſt.

*Mirum eſſet, ſi munia bellica omnia negligentes vincerent eum, qui omnia diligenter exequitur.*

*Atqui Philippus omnibus officiis boni Impera-*

toris

*toris ſtrenuè defungitur, nos verò omnibus deſumus.*

*Ergo mirum eſſet, ſi vos eum ſuperaretis.*

9. Ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω] Digreditur in grauiſſimam reprehenſionem Athenienſium, cuius primò generalem ſententiam ſeu propoſitionem exponit: poſtea aliquot capita perſequitur. Propoſitio primò amplificatur ab adiuncta turpitudine per diſſimilitudinem: ſyllogiſmus hic eſt.

*Omnibus modis mirabile & turpe eſt, aliorum libertatem propugnare, ſuam verò ipſius negligere: exire, ſumtus facere, periclitari, vt alij ius ſuum obtineant, pro ſuis verò ipſius opibus nec expeditionem velle ſuſcipere, nec ſumtus facere: alios ab interitu vindicare omnes & ſingulos, rebus verò ſuis amiſſis ſedere.*

*Atqui iſta omnia facitis Athenienſes.*

*Ergo mirabilia & turpia facitis.*

10. Εἰ λακεδαιμονίοις] Aſſumtio ſyllogiſmi conſtat tribus membris, amplificationis gratia: quibus ſingulæ προτάσεις ſuis antapodoſibus opponuntur. Ac prima protaſis ait de bello, quod pro Thebanis ſuſciperent Athenienſes, cum Lacedæmonij imperio Græciæ elati eos duriter tractarent & diuexarent. Hæc Vlpianus. Huius belli meminerunt Xenophon lib. 3 ἑλλην. & Pauſanias in Laconicis. De hoc bello loquitur Iſocrates in Orat. ad Philip. ἡ πατρὶς τοὺς ἕλληνας ἐλευθέρωσε· δὶς μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἅπαξ δὲ ἀπὸ τῆς λα-

κεδαιμονίων ἀρχῆς, Id eſt: *Patria noſtra Græcos ter in libertatem vindicauit: bis profligatis Barbaris: ſemel iugo Lacedæm. excuſſo.* Incidit hoc bellũ in Olympiadis centeſimæ annum quartum, vt annotauit Sigon. in lib. de temporibus Athen. ἀλλ᾽ ἵνα. Altera protaſis.

10. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους] Tertia protaſis: qua videtur loqui de duobus bellis Perſicis: quorũ prius, ad Marathonem, aduerſus Darium, duce Miltiade Cimonis filio, proſperè geſtum eſt, & incidit in Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ annum tertium. Alterum geſtum eſt cum Dario, quod incidit in Olympiadis ſeptuageſimæ quintæ annum primum. Sigon. de temp. Ath.

Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, εἰ μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι, πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φιλίππῳ, καί τι ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν. εἶτα οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε δι᾽ ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα γέγονε τῆς πόλεως, διὰ τῶν αὐτῶν τούτων ἐλπίζετε πράξεων, ἐκ φαύλων, αὐτὰ χρηστὰ γενήσασθαι. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ εὔλογον, οὔτ᾽ ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε. πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε· νυνὶ δὲ ὅ, τι μὲν φυλάξομεν, οὐδέν ἐστι ὑπὸ τοῦ πολέμου λοιπὸν τῶν προτέρων· κτήσασθαι δὲ δεῖ. αὐτῶν οὖν ὑμῶν τοῦτο ἔργον ἤδη. φημὶ δὴ δεῖν εἰσφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέναι προθύμως, μηδένα αἰτιᾶσθαι, πρὶν ἂν τῶν πραγμάτων κρατήσητε. Τηνικαῦτα δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων κρίναντας, τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου τιμᾶν· τοὺς δὲ ἀδικοῦντας κολάζειν· τὰς προφάσεις δ᾽ ἀφελεῖν.

λεῖν, καὶ τὰ καθ' ὑμᾶς ἐλλείμματα. οὐ γὰρ ἔστι πικρῶς ἐξετάσαι, τί πέπρακται τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ὑμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα. Τίνος γὰρ ἕνεκα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τοῦτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας, ὅσους ἂν ἐκπέμψητε στρατηγοὺς, ἰδίᾳ δ' εὑρίσκειν πολέμους, εἰ δεῖ τι τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν εἰπεῖν; Ὅτι ἐνταῦθα μὲν ἔστι τὰ ἆθλα, ὑπὲρ ὧν ἔστιν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα. Ἀμφίπολις κἂν ληφθῇ παραχρῆμα, αὐτοὶ ὑμεῖς κομιεῖσθε. οἱ δὲ κίνδυνοι τῶν ἐφεστηκότων ἴδιοι, μισθὸς δ' οὐκ ἔστιν. ἐκεῖ δὲ κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν, λάμψακος, σίγειον, τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν. ἐπὶ οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν· ὑμεῖς δὲ ὅταν μὲν εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψητε κακῶς ἔχοντα, τοὺς ἐφεστηκότας κρίνετε· ὅταν δὲ δόντες λόγον τὰς ἀνάγκας ἀκούσητε, ταύτας ἀφίετε. περίεστι τοίνυν ἡμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν, καὶ διεστάναι, τοῖς μὲν ταῦτα πεπεισμένοις, τοῖς δὲ ταῦτα, τὰ κοινὰ δὲ ἔχειν φαύλως. πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσφέρεται κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθαι κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προσνενέμησθε, ὁ μὲν ὡς τούτοις, οἱ δὲ ὡς ἐκείνοις. δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας, καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους, κοινὸν καὶ τὸ λέγειν, καὶ τὸ βουλεύεσθαι, καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι. εἰ δὲ τοῖς μὲν, ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν, ἐπιτάττειν ἀποδώσετε, τοῖς δὲ ἀναγκάζεσθαι τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι, τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον.

## *Analyſis Logica.*

Continuat Orator reprehenſionem ſocordiæ Athenienſium, eorumq; peruerſam & pręposteram agendi rationem emendare ſtudet hoc ſyllogiſmo:

*Imprudentis & inepti hominis eſt exiſtimare iis rebus, quibus res laborare & malè habere cœperunt, cum antea bono loco eſſent, poſſe eas in integrum reſtitui.*

*Atqui res veſtræ florentes ex cunctatione, vana ſpe, quam de aliis concepiſtis, accuſatione veſtri mutua, ægrotare cœperunt, & in peius ruerunt.*

*Ergo ſtultum eſt exiſtimare, iisſdem rebus poſſe res veſtras in integrum reſtitui & ſanari.*

1. Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις] Aſſumtio ſyllogiſmi primo loco eſt, & complectitur cauſſas, cur Athenienſium res tam malè ſe habeant, ac quotidie in peiorem partem vergant.

2. Εἶτα οὕτως ἀγνωμόνως] Propoſitio ſyllogiſmi ſecundo loco eſt, & confirmatur ab adiuncto: Hoc, inquit, & naturæ & rationi repugnat.

3. Πολὺ γάρ] Ratio confirmationis à comparatione per ſyllogiſmum perfectum.

*Natura ita comparatum eſt, vt ea quæ habemus facilius conſeruemus & tuèamur, quam ſemel amiſſa recuperemus.*

*Atqui, quod nos cuſtodiamus, nihil reliqui fecit bellum, ſed res recuperãdæ ſunt.* Ibi. Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν.

*Ergo*

*Ergo multò maiori negotio & difficultate nobis recuperandæ erunt.* Ibi. Αὐτῶν σαῦ.

4. Φημὶ δὲ δεῖν] Complexio ſyllogiſmi prioris partim ponit veras cauſſas, quibus res recuperari poſſunt, partim tollit eas, quibus pereunt. Cauſſæ veræ ſunt pecuniæ contributio, alacris & promta expeditio, rerumq; cura. Cauſſæ, quibus res pereunt, duę exponuntur: prior eſt, quòd Athenienſes imperatores & duces ſuos præmiis non afficiunt, ſed accuſant, nec ipſi officium faciunt: altera eſt præpoſtera & peruerſa pecuniæ contributio. Vtramq; cauſſam copiosè & prudenter tractat Orator.

5. Μηδένα αἰτιᾶσθαι] Neminem, ait, niſi rebus peractis, accuſate, ſed ex rebus geſtis de quouis iudicium facite; laude dignos præmiis ornate: iniuſtos verò ſuppliciis afficite. Huc facit illud Cic. 3 de Natur. Deor. *Nec domus nec Reſpub. ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis.*

6. Τὰς προφάσεις δ' ἀφελεῖν] Tollite, inquit, veſtras excuſationes, & ea quæ in vobis deſiderari poſſunt. Rationem addit à communi ſententia. Non decet, inquit, exquiſitè & acerbè in aliorum facta inquirere, niſi vos officio veſtro ipſi ſatisfeceritis. Huc refer illud Ciceronis. *Multa eſſe oportet in eo qui alterum accuſet, primum integritatem atque innocentiam. Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere, qui non poſſit ſuæ reddere.*

7. Τίνος γὰρ ἕνεκα] Præmiis ornandos & excitãdos eſſe bonos imperatores docet Orator: quia imperatores præmiis ſublatis bellum defugiunt, præmiis verò propoſitis ſequuntur: id quod exemplo per diſſimilitudinem oſtendit.

*Quiſq; ſuum ſectatur cõmodum: nec quiſquam eſt qui nõ malit ibi ſuam exercere virtutem & labores ferre, vbi proponuntur virtuti præmia, quàm vbi nulla.*

*Atqui apud vos nulla ſunt præmia: apud alios verò ſunt.*

*Ergo hanc ob cauſſam malunt apud alios bella gerere, quàm apud vos.*

8. Τίνος γὰρ ἕνεκα] Complexio primo loco eſt & cum aſſumtione quodammodo permiſcetur. Res per ſe plana eſt. Ἐπὶ οὖν τό. Propoſitio.

9. Πρότερον μὲν γὰρ] Altera cauſſa eſt peruerſa pecuniæ collatio, & præpoſtera rerum adminiſtrãdarum ratio per diſſimilitudinẽ amplificata. Antea, inquit, ſecundum ordinem tribuũ tributum cõferebatis: nunc verò Remp. per claſſes adminiſtratis, rhetor, princeps, vtrorũq; & prætor ſub illo primiq; trecẽti, alij verò adiuncti eſtis, partim quidẽ ad hos, partim verò ad illos. Vlpianus hunc locum ſummis obſcuritatis tenebris inuolutum liquidius explicauit, his verbis. Cum decẽ eſſent tribus apud Athen. & vrbs ipſa velut in decurias diſtributa: neceſſe habuit vnaquæq; tribus è ſuo corpore centenos vicinos, qui ditiſſimi eſſent, prodere, qui in partes binas ſexagenorum hominum

num ſingulas diſpertiti ſymmorias viginti efficiebant ſexagenorum hominum ſingulas, & in ſingulis tribubus binas. Rurſus mille, ac ducẽtos in duas partes diuiſerunt, ſexcentorum hominum vtrãq;: eaſq; rurſus in duas, vt eſſent quatuor, vnaquæq; trecẽtorum virorum, iſti verò trecenti diuitiis omnes antecedebant, & antè alios conferebant, eoſq; dicto audientes in omnibus rebus habebãt. ex quo factum erat, vt omnes in duas partes deſcripti eſſent: ſiquidem qui ab vtraq; parte erant, quodammodo trecentis ditiſſimis, qui vtrinque erant adhęrebant. ſinguli autem treceni, qui erant, vt dixi, quadripartiti, proprium Rhetorem & Prætorem habebant, ſed ita vt Rhetores Prætoreſq; ſecundorum trecentorum cederent Rhetoribus Prætoribuſq; primorũ. Olim igitur, inquit, ſe diuidebant in ſymmorias, ob maiorem ſolicitudinem, vt pecuniæ tempeſtiuè cõferrentur. Nũc verò non ob aliud in ſymmorias diuidimini, niſi propter adminiſtrationẽ Reip. hoc eſt, propter factiones. Reprehendit igitur eos, quòd olim cum propter tributos ſymmorias facerẽt, & rerum gerendarũ tẽpus adeſſet, principatũ teneri ſciebãt à ditioribus: ſecũdo loco eſſe duces, qui rẽ bene gererent: tertiò Oratores, qui tantum verba facerent. Nunc verò cum occaſio ſit concionãdi & dicendi, principatum non tenere diuites, ſed Oratores: & ſuffragatores eſſe primos trecentos, qui laudent ea, quę à ſuis Oratoribus dicta eſſent: ręliquos vtriſq; eſſe attributos.

Λέγω δὴ κεφάλαιον πάντας εἰσφέρειν, ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔχει τὸ ἴσον· πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος, ἕως ἂν ἅπαντας στρατεύσησθε· πᾶσι τοῖς παριοῦσι λόγον διδόναι, καὶ τὰ βέλτιστα, ὧν ἂν ἀκούσητε, αἱρεῖσθαι, μὴ ἃ ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἴπῃ. κἂν ταῦτα ποιεῖτε, οὐ τὸν εἰπόντα μόνον παραχρῆμα ἐπανέσεσθε, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον, πολλῷ βέλτιον τῶν ὅλων πραγμάτων ἡμῖν ἐχόντων.

1. Λέγω δή] Vltima orationis pars eſt breuis epilogus: cuius duę ſunt partes: in priore tria Athenienſibus in memoriam reuocat faciendaq́; pręſcribit: 1. Vt omnes pecunias conferant pro modo facultatum ſuarum. 2. Vt omnes in bellum deinceps prodeant, ſinguliq́; officium faciant. 3. Vt omnibus ſurgentibus dicendi poteſtatem copiamq́; liberam faciant, & ex omnibus auditis optima eligant.

4. Κἂν ταῦτα] Altera pars eſt ratio, qua vult Athenienſibus perſuadere vt priora iſta tria agenda ſuſcipiant. Ea autem ducitur à cōſequenti ſeu effectis per comparationem. Ita enim, inquit, fiet, vt non ſolum in præſentia oratores, ſed etiam vos ipſos, ob res meliori loco ſitas, laudetis.

*FINIS.*

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝ-θιακὸς λόγος τρίτος.

Orationis ſummam & argumentum optimè complexus eſt Libanius, quod paulò pòſt ſubiungemus. Partes orationis autem tres ſunt: Exordium, Contentio, Peroratio. Tractatur autem tota oratio potiſſimum argumento comparatorum, & hoc ſyllogiſmo principali includitur.

*E quo maiora bona & commoda, minora verò mala & incommoda ad Remp. redeunt: id merito præferendum prioriq; loco agendum eſt.* Robur huius propoſitionis confirmatur authoritate Ariſtotelis, qui 3 Topic. ſic ſcribit: *Si duo quædam magnam inter ſe ſimilitudinem habẽt, nec quid alterum alteri præſtet facilè deſpiciatur, id ex conſequentibus, id eſt effectus vtriuſq; inter ſe collatis & fine intelligetur.*

*At ex ſociorum Olynthiorum conſeruatione & defenſione maiora bona, minora verò mala, quam ex vltione & perſecutione Philippi capiet.* In hac aſſumtione τὸ κρινόμενον cardo totius quæſtionis vertitur, atq; è natura cauſſarum & effectorũ ediſſeritur. *Cauſſa in omnibus rebus debet præcedere effectum.*

*At ſociorum defenſio, conſeruatio, in integrum reſtitutio eſt cauſſa perſecutionis & vltionis hoſtium.*

*Ergo illa debet præcedere, hæc verò ſequi.*

## ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ λόγου Ὀλυνθιακοῦ Γ.

Ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι, καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηγγέλλετο· ὁ δὲ δῆμος περιχαρής, οἵ τε ῥήτορες παρακαλοῦντες ἐπὶ τιμωρίαν τοῦ Φιλίππου· ὁ δὲ Δημοσθένης δεδοικώς, μὴ θρασήσαντες ὡς τὰ πάντα νενικηκότες, καὶ ἱκανὴν βοήθειαν πεποιημένοι τοῖς Ὀλυνθίοις τῶν λοιπῶν ὀλιγωρήσωσι. διὰ τοῦτο παρελθὼν ἐπικόπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ πρὸς εὐλάβειαν σώφρονα τὴν γνώμην μεθίστησι· λέγων, οὐ περὶ τῆς Φιλίππου τιμωρίας νῦν αὐτοῖς εἶναι τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν συμμάχων σωτηρίας. Οἶδε γάρ, ὅτι καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλοι πού τινες, τοῦ μὲν μὴ τὰ οἰκεῖα προέσθαι, ποιοῦνται φροντίδα· περὶ δὲ τὸ τιμωρήσασθαι τοὺς ἐναντίους, ἧττον σπουδάζουσιν. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων συμβουλῆς φανερώτερον ἅπτεται, καὶ ἀξιοῖ λυθῆναι τοὺς νόμους τοὺς ἐπιθέντας ζημίαν τοῖς γράψασιν αὐτὰ γενέσθαι στρατιωτικά, ἵνα δειχθῇ τὸ συμβουλεύειν τὰ βέλτιστα· παραινεῖ δὲ ὅλως πρὸς τὸν τῶν προγόνων ζῆλον ἀναστῆναι, καὶ στρατεύεσθαι σώμασιν οἰκείοις, καὶ ἐπιτιμήσει πολλῇ κέχρηται κατὰ τοῦ δήμου, τέως ἐκλελυμένου, καὶ τῶν δημαγωγῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς προϊσταμένων τῆς πόλεως.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝθιακὸς λόγος τρίτος.

Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γινώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

θηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους· τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς σκέψασθαι δέον. οὐδὲν οὖν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ἢ τὴν ὑπόθεσιν περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν, ἁμαρτάνειν. ἐγὼ δ' ὅτι μέν ποτε ἐξῆν τῇ πόλει, καὶ τὰ αὑτῆς ἔχειν ἀσφαλῶς, καὶ Φίλιππον τιμωρήσασθαι, καὶ μάλα ἀκριβῶς οἶδα. ἐπ' ἐμοῦ γὰρ οὐχὶ πάλαι γέγονε ταῦτα ἀμφότερα. Νῦν μέντοι πέπεισμαι τοῦθ' ἱκανὸν προλαβεῖν ἡμῖν εἶναι τὴν πρώτην, ὅπως τοὺς συμμάχους σώσωμεν. ἐὰν γὰρ τοῦτο βεβαίως ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον, ἐξέσται σκοπεῖν· πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ὑποθέσθαι, μάταιον ἡγοῦμαι περὶ τῆς τελευτῆς ὁντιναοῦν ποιεῖσθαι λόγον.

## *Analyſis Logica.*

Exordij partes potiſſimum tres ſunt, quas rhetores vulgò in exordio obſeruandas docent, Docilitas, Attentio, Beneuolentia.

1. Οὐχὶ ταῦτα ] Primus exordij locus pertinet ad docilitatem; ac rei ſummam orationisq; quæſtionem, breuiter, dilucidè, & emphaticè proponit: taliq; ſyllogiſmo, vt mihi videtur, cõcluditur.

*Si vrbs noſtra in tuto collocata eſſet, & ſocij benè haberent, nullumq; periculum metuerẽt, tum poſſemus de vlciſcendo & perſequendo Philippo conſilium capere.*

*Atqui neq; vrbs noſtra in tuto collocata eſt, nec ſocij extra teli iactum poſiti ſunt.*

*Ergo de vlciſcendo & perſequẽdo Philippo conſilium capere non poſſumus; ſed potius de eo, quomodo pericula à nobis propulſemus.*

2. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί] Complexio ſyllogiſmi primo loco ponitur, amplificatur diſſimili comparatione, exornatur verò eleganti ἀπορίᾳ dubitatione Oratoris. Non eadem, inquit, παρίσταταί μοι mihi in mentem veniunt, ſeu nõ eadem animo meo cogitanda obiiciuntur, hoc eſt animus meus in diuerſas partes diſtrahitur, & dubitatione graui ſuſpenditur, ſi reſpicit εἰς τὰ πράγματα in præſentem rerum ſtatum & conditionem, & ſi intuetur orationes quas audit de ea haberi.

3. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους] Ratio ſuperioris diſſimilitudinis & diſtractionis cogitationum Demoſthenis ducitur à fine orationum, & adiuncto rerum ſtatu ab eo abhorrente. Orationes, inquit, quæ ab Oratoribus ad nos habentur, eò reſpiciũt & diriguntur, vt Philippus vindicetur & multetur: res verò in eum peruenerũt ſtatum, vt ab hoc fine longè abſint, eumq; ferre non poſſint. Nam potius nobis cauendum & prouidendum eſt, vt ne quid mali accipiamus.

4. Οὐδὲν οὖν ἄλλο] Hæc verba ex ſuperioribus, quaſi poriſma, deducuntur, atque ſalſo ſarcaſmo grauique ironia ipſam complexionis ſententiam complectuntur, & exponunt. Ij, inquit, Oratores,

tores, qui de vlciſcendo & puniendo Philippo orationes inſtituunt, nihil aliud mihi peccare videntur, quàm argumentum de quo conſultandum erat, nec verum nec cõueniens proponentes, aberrare.

5. Ἐγὼ δὲ] Aſſumtio ſyllogiſmi ſecundum locũ tenet, & amplificationis gratia diſſimili comparatione explicatur. Superioribus temporibus, inquit, licuiſſet nobis ſine periculi aut incõmodi metu Philippum vlciſci: iam verò res noſtræ eò redierunt, vt non liceat. Prior diſſimilitudinis pars, quam protaſin vocant, primò amplificatur ab Oratore, ſpecialiori temporis circumſtantia. Non ita pridem, inquit, ἐπ᾽ ἐμοῦ meo tempore, ſeu dum ego Reipub. muneribus fungi cœpi. Vlpianus hoc loco intelligit illud tẽpus, quo Athenienſes in ſua poteſtate habuerunt Amphipolin, Potidæam, & Thraciam; quod fuit duodecim circiter annos ante hoc bellũ & hanc orationem habitam. Alij verò ex particula οὐχὶ πάλαι colligũt magis propinquum tempus, quo videlicet Onomarchus duo ſecunda prælia contra Philippum fecit, eumq́ue altero oculo apud Methonem priuauit. Inter illud autem tempus, & hoc præſens bellum, quatuor tantum anni interfluxerunt.

6. Νῦν μέντοι πέπεισμαι] Antapodoſis ſeu poſterior diſſimilitudinis pars, qua Orator breuiter, apertè, & rotundè ſuam ſententiam & quæſtionẽ præſentis orationis exponit. Mihi, inquit, perſuadeo, id eſt, ſubductis rationibus & collatis ſen-

tentiis ſubductisque rationibus in eam perueni ſententiam, hoc tempore & hoc rerum ſtatu ſufficere, ſi primum anteuerterimus, vt ſocios ab interitu vindicemus.

7. Ἐὰν γὰρ τοῦτο] Syllogiſmi propoſitio: Si, inquit, ſocios in tuto collocauerimus, tum nobis licebit deliberare, qua ratione & Philippum multemus.

8. Πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν] Propoſitionis ratio à communi ſententia & egregia allegoria ſeu ſimili ab ædificiis illuſtrata: Si, inquit, initium tanquam fundamentum bene iactum & confirmatum fuerit, incaſſum de fine ſeu exitu conſiliorum cogitatur & conſilium initur. Huc facit illud Heſiod. 1 ἔργων.

Ἀρχὴ γὰρ ἥμισυ παντός. Quod Horat. reddidit, *Dimidium facti, qui cœpit habet.* Ad hunc locum pertinent verſus Plauti in Perſa:

*Si quam rem accures ſobriè aut frugaliter,*
*Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.*
*Atq; ædepol firmè vt quiſq; rem accurat ſuam,*
*Sic ei procedit poſt principia. deniq; ſi malus,*
*Aut nequam' ſt, malè res vertunt quas agit:*
*Sin autem frugi' ſt, eueniunt frugaliter.*
*Hanc rem exorſus ſum facetè & callidè,*
*Igitur prouenturam bene confido mihi.*

Noti etiam ſunt verſus, quos Plutarchus de audiendis Poetis ex Sophocle citat:

Ἔργου δὲ παντὸς ἢν τις ἄρχηται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ' οὕτως ἔχειν.

*Negotij*

*Negotij cuiusq́; ſi bene cœperis,*
*Et finem item bonum fore, probabile eſt.*

Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται· ἐγὼ δὲ οὐχ ὅτι χρὴ περὶ τῶν παρόντων συμβουλεῦσαι χαλεπώτατον ἡγοῦμαι, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ἀπορῶ τίνα χρὴ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς ὑμᾶς περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, ἢ τῷ μὴ συνιέναι. Ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς ἂν μετὰ παρρησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους ὑπομένειν, τοῦτο θεωροῦντας, εἰ τἀληθῆ λέγω, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα τὰ λοιπὰ βελτίω γένηται. Ὁρᾶτε γὰρ, ὡς ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους, εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα πράγματα.

1. Ὁ μὲν οὖν παρὼν] Alter exordij locus ad attentionem auditorum exuſcitandam eſt comparatus, atq; duo potiſſimum argumenta continet. Prius ducitur ab adiuncto rerum & temporum per comparationem parium. Syllogiſmus eſt:

*Eo potiſſimum temporum & rerum ſtatu attente ſunt audiēdi Oratores, quo res & multa cura & exquiſito conſilio indigent.* Deeſt.

*At præſens hoc tempus & hic rerum ſtatus, tanta cura tamq́; accurato cōſilio indiget, quàm ſuperioribus temporibus omnibus. Probatur primo exordij membro.*

*Ergo me Oratorem attentè audire debetis.*

2. Ἐγὼ δὲ οὐχ ὅτι χρὴ] Alterum argumentum ducitur ab adiuncto Oratoris, id eſt, ἀπορίᾳ ſeu

dubitatione Oratoris, quæ exponitur diſſimilitudine quadam ad hunc modum:

*Tum demum Orator ſedulo audiendus eſt, quãdo non difficillimum exiſtimat, quid de re ſit deliberandum, ſed quãdo dubitat quomodo, id eſt, apertè ne an ſubdolè, liberè ne an diſſimulanter* (vt egregiè explicat Vlpianus) *de illis verba facienda ſint.* Deeſt.

*At Demoſthenes non illud ignorat: ſed hoc dubitat.* Ibi. ἐγὼ δὲ.

*Ergo ſedulo audiendus vobis fuerit.*

3. Πέπεισμαι γάρ] Aſſumtionis ratio ducitur ab adiuncto Athenienſium, à cauſſa rerum euerſarum per diuerſa: quæ confirmantur teſtimonio Demoſthenis. Perſuaſum, inquit, habeo & ſcio ex iis quæ vidi & audiui, non inſcitia rerum, ſed intermiſſione officij maiorem rerum partem vobis ereptam eſſe. Accommodari poteſt ad hunc locum quæ ſcribit Cicero in Catone M. *Memoriæ proditum eſt cum Athenis ludis quidam in Theatrum veniſſet natu grandis, in magno conſeſſu locum ei à ſuis ciuibus nuſquam datum: cum autem ad Lacedæmonios acceſſiſſet, qui cum legati eſſent in loco certo conſederãt, conſurrexiſſe omnes & ſenem illum ſeſſum recepiſſe, quibus cum à cuncto conſeſſu applauſus eſſet datus multiplex, dixiſſe ex his quendam: Athenienſes ſcire, quæ rectè eſſent, ſed facere nolle.*

4. Ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς] Tertius exordij locus continet beneuolentiæ captationem, qua ab Athenienſibus magno ſtudio contendit, vt ſe liberè di-

centem benignè ferant, hic ſyllogiſmus eſſe poteſt.

*Si id, quòd hactenus quidam ad gratiam & nutum veſtrum orationes ſuas aggregarunt, cauſſæ eſt, cur res veſtræ in omnis generis calamitates & difficultates inciderint: æquis animis benignisq́; auribus eorum verba audire debetis, qui libera, vera, & vtilia dicunt.* Deeſt.

*Sed antecedens eſt verum.*

*Ergo & conſequens verum eſſe oportet.*

5. Ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς] Complexio primo loco eſt: Rogo, inquit, & oro vos, vt ſi liberè dicam ea quę ſentio, bona venia me audiatis. Rationes perſuadendi duas addit; prior eſt ab adiuncta orationis veritate: altera à fine. Nam vera, inquit, & vobis iudicibus, & rebus corrigendis accommodata dicam.

6. Ὁρᾶτε γὰρ] Aſſumtio ſyllogiſmi confirmata teſtimonio Athenienſium. Videtis, inquit, id eſt experientia vos docuit, vobis omnibus conſtat, quòd hodie nonnulli Oratores in aures veſtras aſſentatione influere, blandisq; orationibus vos delinire conati ſunt, in cauſſa eſſe, cur in tot malis res veſtræ verſentur. Obſeruent hic iuniores locum communem de adulationis & aſſentatiōis effectis, quæ ſunt florētiſſimarū & optimè fundatarū Rerūp. calamitates, labefactationes, exciſiones. Hinc rectè adulatores à Plutarcho περὶ παιδ. ἀγωγ. μιαρὸν φίλον ſceleroſum & ad o-

mnem nequitiam profligatum hominum genus appellat. Huc facit illud Diogenis: qui cum interrogaretur, quæ nam beſtia κάκιστα δάκνει peſſimè morderet, reſpondit: Τῶν μὲν ἀγρίων συκοφάντης· τῶν δὲ ἡμέρων κόλαξ. *Ex feris*, inquit, *obtrectator, ex cicuribus adulator*. Notus etiam eſt verſus Ouidij Eleg. 2.

*Impia ſub dulci melle venena latent.*

Ἀναγκαῖον δὲ ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι· μέμνησθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτ᾽ ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θρᾴκῃ, τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτί, ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν. τότε τοίνυν μὴν μὲν ἦν μαιμακτηριών· πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ᾽ ὑμῖν, ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν, καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν· καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, ἑκατομβαιών, μεταγειτνιών, βοηδρομιών. τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα χαρίδημον κενὰς καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου. ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν καὶ τεθνεώς, ἦλθε γὰρ ἀμφότερα, οὐκ ἔτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες, ἀφήκατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον. ἦν δ᾽ οὗτος ὁ καιρὸς αὐτός. εἰ γὰρ τότε ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν, ὥσπερ ἐψηφισάμεθα προθύμως, οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ὑμῖν ὁ Φίλιππος τότε σωθείς. Τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. Νῦν δὲ ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει. Τίς; οὗτος, δι᾽ ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταυτὰ πάθητε. Τί δὴ χρησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ; Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε

παντὶ

παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατὸν, θεάσασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐστρατηγηκότες, πάντα ἔσεσθε ὑπὸ Φιλίππου. ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι, καὶ διέκειθ' οὕτω τὰ πράγματα, οὔτε Φίλιππος ἐθάρρει τούτοις, οὔθ' οὗτοι Φίλιππον· ἐπράξαμεν ἡμεῖς, κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην. ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τι τῷ Φιλίππῳ, καὶ δυσχερὲς πόλιν μεγάλην ἐφορμᾶν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. ἐκπολεμῶσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου. καὶ ὃ πάντες ἐθρύλλουν τέως, τοῦτο πέπρακται νῦν ὅπως δήποτε. Τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐρρωμένως καὶ προθύμως, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσης ἂν ἡμᾶς αἰσχύνης, εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων, οὐδὲ τὸν φόβον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν ὁρῶ τὸν τῶν μετὰ ταῦτα, ἐχόντων μὲν, ὡς ἔχουσι, Θηβαίων ὑμῖν, ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων, μηδενὸς δὲ ἐμποδὼν ὄντος Φιλίππῳ τὰ παρόντα καταστρεψαμένῳ πρὸς ταῦτα ἐπικλῖναι τὰ πράγματα. Ἀλλὰ μὴν εἴ τις ὑμῶν εἰς τοῦτο ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα, ἰδεῖν ἐγγύθεν βούλεται τὰ δεινὰ, ἐξὸν ἀκούειν ἄλλοθι γινόμενα. καὶ βοηθοὺς αὐτῷ ζητεῖν, ἐξὸν νῦν ἑτέροις αὐτὸν βοηθεῖν. Ὅτι μὲν γὰρ εἰς τοῦτο περιστήσεται τὰ πράγματα, ἐὰν τὰ παρόντα προώμεθα, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες δήπου.

## *Analyſis Logica.*

Altera orationis pars eſt confirmatio: cuius tria ſunt capita præcipua. In primo affert argumentum, quo Athenienſibus perſuadere conatur, vt Olynthiis opem ferant. In altero leges de

pecunia theatrali abrogandas, pecuniãq́; illam in belli Reipublicæq́; vſum conuertẽdum ſuadet. In tertio rationẽ Reip. negotia adminiſtrandi, quam maiores vſurparint, quaſi poſtliminio reuocare hortatur. Nos ſingula capita perſequemur. Primi capitis ſumma hæc eſt:

*Occaſio, commoditas, & tempus opportunum, ſi*
*cui obtingat, non eſt negligendum:*
*At nunc illa omnia nobis obtingunt:*
*Ergo negligenda nobis nullo modo ſunt.*

1. Ἀναισχυντον δὲ ὑπολαμβάνω] Propoſitio ſyllogiſmi primo loco eſt, & confirmatur longo proſyllogiſmo ab exemplo. Occaſionem enim & opportunum res gerendi tempus prætermittẽdum non eſſe, docet exemplo ſeu euentu. In quo aliquot capita docendi memoriamque iuuandi, & Oratoris mentem cognoſcendi cauſſa obſeruabimus.

2. Μέμνησθε ὦ ἄνδρες] Primum eſt circumſtantia temporis, locus & factum Philippi. In recenti adhuc memoria habetis ciues, tertio aut quarto ab hinc anno, ad vos allatum eſſe nũcium, quod Philippus ſit in Thracia & ibi caſtrum Heræum expugnet menſis tum erat ſeptember.

3. Πολλῶν δὲ λόγων] Alterum eſt factum Atheniensium, apparatus & expeditio, quæ ex facto Philippi, tanquam cauſſa neceſſaria ſecuta eſt. In quo tria conſideranda ſunt. Primum eſt modus agẽdi qui innuitur his verbis: Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ᾽ ὑμῖν, cũ orationes multæ

apud

apud vos haberentur & tumultus vndiq; oriren-tur. Oſtendit igitur bellum apparaſſe valde tur-bulenter, ſine omni ordine, ſine certo conſilio, vt ſolent plerũq; facere quibus aliquid præter ſpem & voluntatem accidit.

4. Ἐψηφίσασθε] Alterum eſt decretum de belli cauſſis miniſtrantibus, hoc eſt nauibus commea-tibus comparandis & militibus emittẽdis: in qui-bus notatur numerus. Triremes igitur adornan-dæ numerantur quadraginta: commeatus, ſexa-ginta talenta, id eſt 28 millia coronatorum, ſi Bu-dæo credimus: milites numerantur etiam ij, qui iam annum quadrageſimum quintum exceſſe-rant. Lex alioquin, vt in hunc locum annotat Vl-pianus, Athenis iubebat, vt tantum ad quadra-geſimum annum militarent: poſtea verò immu-nitate donarentur.

5. Καὶ μετὰ ταῦτα] Tertium eſt euentus decreti, qui expectationi Athenienſium minimè reſpon-dit. Nam primò anno eo, quo iſta decreuerant, & tribus integris mẽſibus exactis, vix poſt initia Ce-reris exercitum emiſerunt: cum ſine mora & cunctatione educendus eſſet. Deinde verò non quadraginta, ſed 10 tantũ naues inſtruxerũt, eaſ-que vacuas ciuibus: non ſexaginta, ſed quinque tantum talenta argenti contribuerunt.

6. Μυστήρια] Myſteria apud Athenienſes dupli-cia fuerũt: maiora 20 Auguſti celebrata, quibus Bacchus myſticus extra vrbem efferebatur, teſte Plutar. in Camillo: minora 18 Octob. obiri ſolita.

7. Ὡς γὰρ ἠγγέλθη] Cauſſam cur euentus omnino non reſponderit decreto, his verbis exponit; quæ fuit rumor ſeu fama de morbo & morte Philippi: ex qua in hunc modum argumētabantur Athenienſes: Philippus vel ægrotat, vel planè extinctus eſt: Ergo nulla amplius opus habemus expeditione contra Philippū: ac per conſequens dimittenda eſt claſſis. Argumentum vt vides ductum erat à remotione ſubiecti ad remouendum adiunctum, quod in ſubiecto occupatur.

8. Ἦν δὲ οὗτος ὁ καιρός] Reſpondet ad collectionem Athenienſium per βίαιον ſeu violationem. Imò illud ipſum erat tempus commodum & opportunum, Philippum perſequendi. Nam ſi tum tēporis auxilia miſiſſemus, vt decreueramus, Philippus tum ſeruatus, nunc non crearet moleſtias.

9. Τὰ μὲν δὴ τότε] Concluſio propoſitionis per apodioxin & communē illam ſententiam: Facta infecta fieri nequeūt. Quam Cicero in Piſonem ſic exponit: *Præterita mutare nō poſſumus.* Plautus in Aulularia: *Factum eſt illud, infectum fieri nequit.* Agatho in ſua Tragœdia:

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται
Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.
*Etenim illud vnum negatum & Deo eſt, vt*
*Infecta reddat, facta quæ fuerint ſemel.* Phocylides.

Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
*Quod ſemel eſt factum, fieri infectum haud queat vnquam.*

10. Νῦν δὲ ἑτέρου] Aſſumtio ſyllogiſmi. Nunc, inquit, alia belli commoda occaſio ſeſe nobis offert: cuius gratia ſuperioris narrationis mentionem feci. Figuratur autem hæc aſſumtio dialogiſmo, ad mouendos animos & attentionem excitandam accommodato.

11. Τί δὴ χρησώμεθα] Aſſumtio ſyllogiſmi explicatur ſyllogiſmo connexo.

*Si non ſummis viribus & omnibus copiis, quò ad eius fieri poteſt, Olynthiis auxilium tulerimus, experiemur nos omnibus modis pro Philippo bellum ſuſcepiſſe & geſſiſſe.*

*Atqui hoc poſtremum non ſolum cum turpitudine, ſed etiam cum metu periculorum coniunctum eſt.*

*Ergo nihil reliquum eſt, quàm vt omnibus viribus & copiis auxilium promptè feramus.*

12. Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε] Syllogiſmi propoſitio: cuius rationem primò reddit à fine ſocietatis & fœderis cum Olynthiis facti. Idcirco, inquit, cum Olynthiis, quorum vires mediocres erāt, noſtras coniunximus, & ſocietatem coiuimus, vt ſociis armis iunctis Philippo reſiſtere, eiuſque conatus comprimere poſſemus. Nam animaduertimus nec Olynthios, nec nos ſigillatim poſſe Philippo pares eſſe. Deinde rationem ducit à teſtimoniis Athenienſium. Quin, inquit, & nos omnes cenſuimus & in ore habuimus, tum demum Philippo bellum vtiliter inferri à nobis poſſe, ſi

Olynthios ab eo alienos reddidiſſemus : id quod nunc factum eſt.

13. Τί οὖν ὑπόλοιπον] Complexio ſecundo loco eſt; quam Orator, bonitate cauſſa cõfiſus, amplificat communicatione. Quid igitur, inquit, vobis reliquum videtur, quàm vt forti manu & magna alacritate ſociis opitulemur ? Ego certè nihil aliud reſtare video.

14. Χωρὶς γὰρ τῆς περιςάσης] Aſſumtio vltimo loco eſt; amplificatur comparatioue minorum; confirmatur verò à circumſtantiis rerum, hoc modo: Si aliquam rem neglexerimus, nõ ſolùm turpitudinis & infamiæ notã nobis ipſis inurem⁹: ſed etiam in magna pericula nos coniectum iri video: cum Thebani iis animis erga nos fuerint, quibus ſunt, & Phocenſes pecuniis deſtituantur, & nemo ſit, qui Philippo, Thracia ſubacta, reſiſtere poſſit.

15. Α'λλὰ μὴν εἴ τις ὑμῶν] Prolepſi concludit primum confirmationis caput, de auxiliis ferendis. Obiici poterat. Differre tamen adhuc poſſumus auxilium. Reſpõdet Orator ex natura comparatorum, & Atheniẽſes abſurdis opinionibus, vt loquitur Terentius, vti oſtendit. Perinde, inquit, facitis, ac ſi quis mallet pericula præſentia videre, quàm ea procul remota audire: & ipſe auxilia aliorum expetere, quàm aliis ſuccurrere. Ad prius quod attinet, multò facilius eſt, rerum perturbationes & calamitates audire, quam oculis coram cernere. Quod pręclarè docet Cicero lib.

6.ad

6.ad Famil. Epiſt.1. *Etſi quocunq; in loco quiſque eſt, idem eſt ei ſenſus atq; acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum: tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miſeriis cogitationem ſinunt.* Ad alterum verò quod attinet, multò etiam auguſtius & honoratius aliis auxilio eſſe, quàm ab aliis opem expetere: quod idem docet Cicero lib.1.de Orat. *Quid tam porrò regiũ, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis?*

tum (vt cognoſcatis) ſtudium in rebus agendis, quo Philippus erga omnes vtitur, & (in quo) ſimul vitam degit (conſeneſcit,) præ quo non eſt vt contentus rebus geſtis, conquieſcat. Quod ſi, ille quidem, ſtatuit, ſtatuetque in poſterum, ſemper aliquid maius præſentibus bonis agendum eſſe: vos autem (ſtatuiſtis) nullã actionem è contra capeſſendam eſſe fortiter, videte, ad quem tandem finem hæc peruentura eſſe, ſpes ſit. (ſperandum ſit.) Per deos (quæſo) quis veſtrum adeò ſimplex eſt, qui ignoret illinc bellum huc peruẽturum, ſi negligentes fuerimus? Atqui ſi hoc euenerit, vereor, Ath. ne eodem modo, quemadmodum ij qui æs alienum contrahunt facile ſub magnis vſuris (obligati magno fœnore) cum abundarint (cum copia rerum vſu ſint, modico tempore, poſtea etiam pignoribus (auitis bonis) cedunt: Sic & nos, (vereor Athen.) (ne) ſi diu fuerimus ſocordes, & (ſi) omnia ad voluptatem quæramus, poſtea in neceſſitatem veniamus pati (facere) multa & grauia, (eorum) quæ nolimus. & (ne) periclitemur de iis quæ ſunt in hac ipſa regione. At reprehendere quidem, fortaſſe dicat aliquis, facile & cuiuſuis eſſe: ſed pronunciare ſententiam de rebus præſentibus, quid facto opus ſit, id eſſe Conſultoris (Oratoris.) Equidem non ignoro, Ath. hoc, quod vos ſæpenumero, nõ autoribus rerum, ſed iis qui poſteriores (vltimi) de rebus dixerint, iraſcimini, ſi quid non ex ſentẽtia euenerit. Non tamen exiſtimo oportere, priua-

tam ſecuritatem reſpiciētem tergiuerſari (remiſſius agere) in iis, quæ vobis cōducere exiſtimem. Cenſeo igitur dupliciter ſuccurrendum eſſe rebus à vobis: partim conſeruando vrbes Olynthiis, & mittendo milites qui id efficiant: partim infeſtando regionem illius, tum triremibus, (claſſe,) tum aliis militibus. quod ſi alterutrum horum parum curaueritis, (neglexeritis) vereor ne irrita vobis hæc expeditio ſuſcipiatur. ſiue enim vobis regionem illius infeſtantibus, tolerans hoc, Olynthum ſibi adiunget, facile in propriam regionem reuerſus vlciſcetur iniurias. Siue, ſi auxilium ſolum feratis ad Olynthum, cernens extra periculum eſſe res ſuas domi, aſſidebit, & inſidiabitur rebus, ſuperabit tandem obſeſſos. Oportet igitur magna, idque bipartitò eſſe auxilia. Atque de auxiliis quidem hæc ſentio: cæterum de re pecuniaria (de comparatione pecuniarum.) Eſt, Athenienſes, pecunia vobis, eſt. quanta nullis aliis hominibus, militaris. hanc verò vos, per vt vultis ſumitis. Si igitur, hanc militibus reſtituetis, nulla inſuper vobis opus eſt pecunia. ſin minus, inſuper opus eſt. Immò verò quauis pecunia planè opus eſt. Quid ergo? dicat aliquis, tu legem ſancis hanc eſſe militarem? Per Iouem, minimè equidem. Ego enim exiſtimo milites oportere inſtrui, & hanc (pecuniam) eſſe militarem, & vnum eundemque ordinem eſſe, tum

acci-

accipiendi(ſcilicet pecuniam)& faciendi ea quæ ſint ex officio, (pro vno eodemque haberi debere accipere,& laborare.) Vos autem ſic tenere ſine negociis (id eſt gratis, nullo pro labore) accipitis ad feſta (ad ludos.) Eſt igitur reliquum, opinor, vt omnes conferant (pecuniam) ſi multa opus ſit multam, ſi modica modicam. Opus enim eſt pecunia, & abſque ea nihil poteſt effici rerum neceſſariarum. Dicunt verò alij, etiam alias quaſdam pecuniæ comparandæ rationes, ex quibus eligite, quæcunque vobis conducere videatur, & dum tempus eſt capeſſite rempublicam. Porrò operæ precium eſt in animo cogitare, & reputare, in quo (loco) res Philippi nunc ſint conſtitutæ. neque enim, vt videntur, & aliquis dicat, non diligenter conſiderans, præclarè, (decorè,) neque quàm optimè res præſentes ei (ſe) habent, neque ille hoc bellum vnquam mouiſſet, ſi putaſſet ſibi belligerandum fore. ſed, quaſi irruens (primo aditu) ſperabat omnia tunc negocia confecturum, ac deceptus eſt. Hoc iam primum ipſum perturbat, (quod) præter animi ſententiam accidit, & magnum animi mærorem ei affert. Deinde (ipſum perturbant) ipſi Theſſali. Ij enim infidi fuerunt nimirum natura (per ſe,) cum ſemper omnibus hominibus, tum præcipuè, quemadmodum fuerunt, (ita) etiam nunc ſunt huic (erga hunc.) Etenim Pagaſas decreuerunt ab eo repetere: & Magneſiam prohibuerunt munire. (munitione

firmare.) Audiui etiam ego à quibuſdam, quod neq; amplius ei concedere velint vſumfructum capere de portubus, & de foro (ne fruatur portoriis & vectigalibus de fori mercatibus) reſpublicas enim Theſſalorum, ab iis oporteat adminiſtrari, non Philippũ accipere. quod ſi iis pecuniis priuatus fuerit, in anguſtum admodum alimenta (ſtipendia) conducticiis militibus ei (in illius incommodum) adducentur. Quin etiam Pæonem, & Illyrium, deniq; iſtos omnes putandum eſt libentius ſui iuris, & liberos eſſe, quàm ſeruos. Etenim inſueti ſunt (non conſueuerunt) alicui obtemperare. Et (Philippus) homo eſt iniurioſus, vt ferunt. Et per Iouem non incredibile eſt fortaſſe. nam felicitas (res ſecundæ) præter dignitatem, occaſio eſt deſipiendi imprudentibus. quare ſæpenumero videtur conſeruare bona, difficilius eſſe quàm comparare. Conuenit igitur Ath. vos importunitatem (iniqua tempora) illius veſtram opportunitatem putando, cupide ſimul, ſuſcipere res, & legationes mittere quo opus eſt. (ad quæ χρεία loca neceſſe eſt.) & militare vos (ipſos,) & incitare alios omnes, cogitantes, quod ſi Philippus talem occaſionem nactus eſſet aduerſus nos, & (quod ſi) bellum fieret propè regionem (noſtram) quàm cupidè pũtatis ipſum cõtra nos profecturum? Deinde nõ erubeſcitis, quod neutiquam audetis ea facere oblata occaſione, quæ paſſuri eſſetis ſi ille poſſet? Prȩterea, Ath. neq; hoc vos lateat, quod nunc optio vobis datur, vtrum

vos illic oporteat bellum gerere, an apud vos illum? Nam ſi Olynthij reſtiterint, vos illic belligerabitis, & regionẽ illius infeſtabitis: patria (veſtra) & propria hac regione ſecurè fruentes. Si verò illos (Olynthios) Philippus occupauerit, quis amplius (poſthac) ipſum prohibebit huc proficiſci? Thebani? ne nimium acerbum ſit dictu, etiam ſimul irruptionem facerent libẽter. At Phocenſes? qui propriam regionem non poſſunt tueri, niſi vos ſuccurratis. Aut alius quidam? atqui, mi amice, non volet. abſurdiſſimum itaque eſſet (ex abſurdiſſimis) ſi, quæ tunc ſtultitię reus, (quę nunc ſatis imprudenter) tamẽ eloquitur, ea cum poſſet, non faceret. Atqui, quàm ſint diuerſa hic an illic gerere bellum, ne verbis quidem inſuper egere exiſtimo. Si enim vos ipſos oporteret triginta tantum dies foris eſſe, & ea ex agro accipere, quantum neceſſe eſt (accipere eos) qui vtuntur exercitu: nullo hoſte exiſtente in eo agro, inquam: exiſtimo, plus damni accepturos agricolas veſtros, quàm (ea ſint) quæcunque inſumpta ſunt in totum bellum, quod antea geſtum eſt.

Quod ſi iam bellum aliquod venerit, quantum exiſtimandum eſt detrimenti acceptum iri?

Accedet etiam petulantia (militum) & præterea rerum geſtarum turpitudo, nullo detrimẽto minor, certe prudentibus & cordatis. Omnia igitur hæc cum ſimul intelligatis, decet vniuerſos vos opem ferre, & bellum illuc depellere, diuites quidem, vt pro multis, quæ honeſtè poſſident

(meritò) (iure) pauca inſumentes, reliquis ſecurè fruantur: Iuuenes verò, qui in ætate militari ſunt, vt experientiam belli gerendi in Philippi regione adepti, formidabiles cuſtodes patriæ, dum ſalua & incolumis eſt, euadant: Oratores autem, vt rationes rerum in Repub. geſtarum ipſis faciles ſint, quoniam qualeſcunque res vos circumſteterint, tales iudices rerum geſtarum ipſis eritis. Felicia autem vtinam ſint, omnium gratia.

*Finis Orationis primæ.*

LIBA-

# LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS OLYNTHIACÆ SECVNDÆ.

*Athenienſes receperant quidem legationem Olynthiorum, & auxilia mittere eis decreuerant, ſed cunctantibus (illis) in expeditione, & metuentibus quaſi bello inſuperabilis eſſet Philippus, in medium progreſſus Demoſthenes conatur confirmare populum, oſtendens quàm infirmæ res Macedonis ſint. Etenim ſociis ſuſpectum eum eſſe dicit, & propriis viribus non potentem. Macedonas enim per ſe infirmos eſſe.*

# DEMOSTHENIS OLYNTHIACA SECVNDA.

IN multis quidē (aliis rebus) aliquis videre poſſit, Athen. vt mihi videtur, deorum beneuolentiam innotuiſſe reipub. non minimè autem (ſed maximè) in rebus præſentibus. Nā quod hoſtes Philippo facti ſunt, qui tenent & finitimam regionem, & potētiam aliquam, & quod omnium maximum eſt, qui ſententiam talem habent de hoc bello, vt fœdera cum illo, primum quidem infida, deinde patriæ ſuæ euerſionem eſſe exiſtimēt, felici alicui, & diuino prorſus beneficio conſimile eſt. Conuenit igitur, Athen. iſtud iam vos ipſos conſiderare, ne videamur erga nos ipſos deteriores eſſe, quam ſint res pręſentes. quoniam

turpe eſt,imò turpiſſimum, nõ ſolum ciuitatum & locorũ,quibus olim dominati ſumus eſſe proditores(videri negligere) ſed etiam eorum,quæ à fortuna comparata ſunt, tum ſociorum, tum occaſionum. Verum, Athenienſes, Philippi vires commemorare, & per iſtas orationes adhortari vos ad officium faciendum (ad res gerendas) non rectum eſſe puto.quid ita? quia mihi videntur omnia, quæ aliquis dicere queat de iis, illi quidem deferre honorem,vobis verò non bene geſta eſſe. is enim quo plura ſupra dignitatem ſuam geſſit,eò admirabilior apud omnes exiſtimatur. Vos verò, quo peius quàm conueniebat vſi eſtis rebus, eò maiori turpitudini obnoxij eſtis. Hæc igitur prætermittam. Etenim, ſi quis verè, Athenienſes,cõſideret, hinc magnum ipſum videat factum eſſe,non à ſeipſo. De quibus igitur(rebus) ille (Philippus) gratiam debet iis,qui pro ſe rempub.geſſerunt:&(de quibus) vos oportuit ſupplicium ſumere: de illis nunc non video tempus (eſſe) dicendi. quæ verò ab iis ſeparata ſunt,& optimũ eſt vos omnes audiuiſſe, &(quæ) magna, Athen. contra illum probra videantur, volentibus rectè æſtimare(rem,)ea dicere conabor.Igitur nominare(eum)periurum,& perfidũ, abſq; euidenti probatione rerum geſtarum,conuitium inane eſſe aliquis dixerit meritò. ſed omnia,quęcunq; vnquam egit cõmemorando,in iis omnibus cõuincere, tum breui oratione fit vt indigeat,tũ puto vtile dictu, duas ob cauſas, partim,

tim,vt ille,quod & verũ eſt, improbus appareat:
partim,vt ij,qui ſupra modũ perculſi ſunt animo,
quaſi bello inſuperabilis ſit,videãt: quod omnia
confecerit,(ea)quibus antea illudens (aſtu rẽ ge-
rens)nunc amplificatus eſt,&(quod)ad ipſam fi-
nem res illi peruenerũt.Ego etenim, Ath. & ipſe
exiſtimarem valde formidabilẽ eſſe & admiran-
dum Philippũ,ſi cernerem eũ creuiſſe (auctum)
iuſtè agẽdo. nunc autem contẽplans & conſide-
rans,inuenio(Philippũ)(ſibi)conciliaſſe:primum
quidẽ noſtram ſimplicitatẽ (nos ſimplices Ath.)
quo tẽpore nonnulli Olynthios repulerunt hinc,
volentes nobiſcũ colloqui:hac re(τούτῳ)(nempe)
dicẽdo,(Philippum) traditurũ nobis Amphipo-
lim,&(dicẽdo)(Philippũ) effecturũ arcanũ illud
(cõſilium)iam olim iactatũ:deinde verò(inuenio
Philippum conciliaſſe ſibi)amicitiam Olynthio-
rum(hac re) quod expugnaret Potidæam, quæ
noſtra erat,&(quod) nos quidem priores ſocios
iniuria afficeret, illis verò traderet: nunc autem
poſtremo (inuenio Philippum conciliaſſe ſibi)
Theſſalos: (hac re) quod promitteret Magneſi-
am(ſe illis) traditurum, & reciperet (i. promit-
teret)bellum Phocenſe pro illis ſe geſturum eſſe.
Deniq; nemo eſt eorum qui ipſo vſi ſunt, quem
ille non deceperit.ſingulorum enim amentiam,
eorum,qui ipſum non (ſatis)nouerãt,ſemper de-
cipiens, & inſuper aſſumens, in hunc modum
auctus eſt. Quemadmodum igitur per hos(per
hæc)(iis artibus,)euaſit magnus, quando ſinguli

exiſtimabãt vtile aliqud ſibi eum effecturum: Ita debet ab iiſdem (per eadem hæc) etiam deprimi iterum, quoniam omnia ſua ipſius cauſa feciſſe deprehenſus eſt. Res igitur, Athen. ad hoc temporis (ad hũc articulum temporis) deductæ ſunt. aut aliquis in medium progreſſus, mihi, imò, vobis oſtendat: vel, quod ego hæc vera non dicam: vel, quod ij, qui ſemel decepti ſunt, in reliquis fidem ei habituri ſint: vel, quod Theſſali, qui præter eorum dignitatem (indigne) ſeruitute oppreſſi ſunt, nunc non libenter liberi fierent. Atqui ſi quis veſtrũ hęc ita eſſe exiſtimat, credit aũt ipſum res retenturũ per eum, eo quod pręoccuparit oppida, & portus, & huiuſmodi alia, non rectè credit (exiſtimat.) Nam cum res conſtituũtur (conſociantur) ex beneuolentia, & eadem (eædem) conducunt omnibus, qui participes belli ſunt, (tunc) homines collaborare, & ferre ærumnas, & perdurare volunt. Cum verò, ex auaritia (ex meliori conditione) & (ex) improbitate aliquis, ſicut iſte, potens fit (tunc) prima quæq; occaſio, & paruum erratum (leuis offenſio) omnia retrahit, & diſſoluit (retroagit & rerum proceſſum interpellat & abrumpit: Budæus.) Non enim eſt, non eſt, Athen. vt iniuſtus, & periurus, & mendax potentiam (regnum) firmam poſſideat, ſed huiuſmodi raro quidem (ſemel tantum) & breui tempore durant (reſiſtunt) & valde florent per ſpem, (propter ſpes) (conceptis ſpebus) ſi ita euenerit, tandem verò deprehenduntur, & per ſeſe dilabuntur.

tur.

tur. Vt enim ędificij, vt puto, &nauigij, & aliarum huiuſmodi rerum, imæ partes (fundamenta) firmiſſimæ eſſe debent: Ita etiam actionum initia, & cauſas (ſubiectiones) veras & iuſtas eſſe cōuenit. Hoc verò nunc non ineſt in iis, quæ à Philippo geſta ſunt. Dico igitur oportere vos ſimul, Olynthiis auxilia mittere, & pro vt quis dixerit optimè & celeberrime, ita mihi placet. Deinde (dico vos oportere) ad Theſſalos legationē mittere, quæ alios quidem hæc doceat: alios verò incitet. Etenim nunc decreuerunt Pagaſas repetere: & de Magneſia colloquia habere. Cogitate tamen hoc Athen. ne verba tantum legati noſtri dicant, ſed & opus aliquod oſtendere poſſint, vobis cum exercitu egreſſis. Pro dignitate vrbis, & verſantibus in rerum actione, quoniam omnis quidem oratio, ſi res deſint, vanum quiddam videtur & inane, maxime verò, quæ à noſtra vrbe proficiſcitur. nam quò prōptius (promptiſſime) videmur ea (oratione) vti, tanto magis omnes ei (orationi) fidem non habent. Magna vero mutatio, & magna (rerum) innouatio oſten denda eſt, tributum conferendo, militatum exeundo, omnia faciendo alacriter, ſi quis modo vobis attendat animum. Et ſi hæc volueritis, vt conuenit & oportet perficere: non ſolum, Athen. ſocij infirmi, & infidi eſſe Philippo videbuntur, ſed etiam domeſticum imperium & potentia debilis eſſe deprehendetur. In vniuerſum enim Macedonica potentia & imperium, appendicis

quidē vice ( pro parte additionis ) eſt neutiquam paruum: quale fuit olim nobis ( imperium Mac. appendicis vice) duce Timotheo aduerſus Olynthios: & ( quale fuit ) rurſus Olynthiis aduerſus Potidæam. hoc vtrunq; ſimul viſum eſt eſſe aliquid. (apparuit res magna.) Nunc verò Theſſalis laborantibus, & diſſidentibus, & turbatis, contra tyrannicam familiam auxilio fuit. Et quocunque quis, opinor, addiderit, quantumuis paruas vires, omnia iuuant. Ipſum verò (imperium Macedonicum) per ſe infirmum, & multis incommodis plenum eſt. Etenim ipſe (Philippus) omnibus iſtis (rebus ) quibus aliquis magnum eum æſtimare poſſet, ſcil. bellis, & expeditionibus, adhuc infirmius ipſum (imperium) quàm natura (per ſe) fuit, ſibi ipſi effecit. Nolite enim exiſtimare, Athen. iiſdem (rebus) Philippum lætari, atque ſubditos: nam ille quidem gloriam expetit, & hoc æmulatur, & pręoptat, agendo & periclitādo pati, quodcunq; acciderit (ſi quid accideret) anteponēs vitę ſecuritati ( rationi ſecurè viuendi) gloriā, partam perficiēdo ea, quę nullus vnq̃ Macedonū rex (ſcilicet perfecit, διεπράξετο.) Iſtis verò (ſubditis) nulla eſt participatio honoris, qui ab iſtis ( Philippi ſtudiis ) proficiſcitur. ſed vexati ſemper expeditionibus iſtis, obeundis ſurſum ac deorſum: moleſtia afficiuntur, & continenter affliguntur, neque in re ruſtica, neque in ſuis ipſorum facultatibus permittuntur vitam degere: neque quæ acquiſiuerunt ſic, pro vt poſſunt ( acquirere ſcilicet

rapina)

rapina) ea habentes (permittuntur) vendere, clauſis emporiis quæ in ea regione ſunt, propter bellum. Populus itaq; Macedonum quomodo affectus ſit erga Philippum, ex iis aliquis perſpiciat non difficulter. Iam verò peregrini milites, qui cum eo ſunt, & ſatellites, exiſtimantur ( in exiſtimatione ſunt) quaſi ſint admirandi & in rebus ad bellum pertinentibus inſtructi & exercitati: Sed vt ego à quodam audiui eorum, qui fuerunt in ipſa regione, viro neutiquam ſolito mentiri: nullis (aliis) ſunt præſtantiores. Etenim ſi quis vir eſt inter eos, qui ſit peritus belli & certaminum, eos quidem ex ambitione omnes reiicere ipſum, dixit, cùm velit videri omnia opera ſui ipſius eſſe. nam præter cætera, etiam ambitionem hominis inſuperabilem eſſe (dixit.) Quod ſi quis modeſtus, aut iuſtus alioqui, quotidianam intemperātiam vitæ, & ebrietatem, & ſaltationes obſcœnas, nō poſſit ferre (dixit vir ille) aſpernari, & nihil fieri talem. Reliquos ergo circa illum eſſe latrones, & adulatores, & huiuſmodi homines, vt qui ſoleant inebriati ſaltare, tales (ſaltationes) quales ego nūc vereor apud vos nominare. Conſtat aūt hęc eſſe vera. Etenim quos hinc omnes expellebāt, quod multo nequiores eſſent q̃ pręſtigiatores: Calliam illum (dico) miniſtrum publicum, & huiuſmodi homines mimos (mimographos) ridiculorū verſuū, & poëtas (autores) turpium cantionum, quas in familiares faciunt, gratia deridendi, hos diligit & ſecum habet. Atqui hæc, & ſi quis parua

exiſtimat, magna, Athen. indicia illius animi & infelicitatis ſunt, prudentibus. Sed, vt arbitror, nunc quidem ſucceſſus (rerum) tenebras offundit iſtis(rebus.) Nam proſperitates valent occultare(vehementes ſunt ad occultandum ) & præumbrare huiuſmodi probra (vitia.) Si verò quid offenderit,tunc omnia illius diligenter inquirentur. videtur autem mihi, Athen. oſtenſurus breui (non ita longè poſt)ſi & dij voluerint,& vos velitis. Quemadmodum enim in corporibus noſtris,quoad aliquis validus fuerit,nihil debile(putridum)ſingulatim ſentit : poſtquam verò ægritudo aliqua acciderit, omnia mouentur. etſi ruptura,etſi luxatio,etſi aliud quiddam eorum,quę debilia ſunt exiſtat : Ita & ciuitatum, & tyrannorum,quo ad foris bella gerent,mala (vitia)pleriſque ſunt occulta: (τὰ κατὰ τοῖς πολλοῖς)(ea quæ ad multitudinem,populum, pertinent. ) poſtquam verò finitimum bellum cõſertum fuerit, omnia reddit conſpicua. Quod ſi quis veſtrum, Ath. Philippum fortunatum cernens, ob hoc formidabilem ad debellandum putat, prudentis quidem viri cogitatione vtitur. magnum enim momentum,imò potius ſumma rerum, ipſa fortuna eſt in omnibus hominum negociis:veruntamen equidem ſi quis mihi optionem daret, noſtræ ciuitatis fortunam præoptarem, potius quàm illius, volentibus vobis ipſis officiũ facere, vel paululum,(modicè,)longè enim plures occaſiones ad diuinã beneuolẽtiam obtinendã video vobis ad-

adeſſe, quàm illi. Verum, ſi diis placet, deſidemus, nihil agentes. Non licet autem ei, qui ipſe ocio indulgeat, vel amicis quidem iniungere, vt pro ſe aliquid faciant, nedũ ſcilicet diis ipſis. Non igitur mirum eſt, ſi ille ipſe, cum militat, & laborat, & ad omnia præſto adeſt, & nullam occaſionem, neq; horam prætermittit, ſuperat vos cunctantes, & plebiſcita facientes, & ( de ſingulis curiosè) percunctantes. Equidem iſtud non admiror. Contrarium enim eſſet mirum, ſi nos nihil faciendo, eorum, quæ belligerantibus conueniunt, ſuperaremus eum, qui facit omnia, quæ oportet. Verùm illud admiror, quod Lacedæmoniis olim, Athen. pro iure Grȩcorum reſtitiſtis, & cum liceret vobis ſæpenumero multa priuata (commoda) acquirere noluiſtis, ſed vt alij retinerent ius ſuum res veſtras inſumebatis tributum conferendo, & pro aliis periclitabamini militando: Nunc autem dubitatis militatum egredi, & cunctamini tributum conferre pro veſtris ipſorum facultatibus. Atq; alios quidem ſeruaſtis ſæpenumero vniuerſos, & ſingulatim ſingulos: ſed rebus veſtris perditis, deſidetis: hæc admiror. Et amplius ad hȩc (miror) quod ne vnus quidem veſtrum, Athen. poteſt reputare, quanto tempore (quamdiu) bellum geritis cũ Philippo, & quidnam facientibus vobis omne illud tempus præteriit? Nouiſtis enim nimirũ hoc, quod cunctantibus vobis, alios quoſdam ſperãtibus (vobis) rem geſturos, in ius vocantibus vos inuicem, judican-

tibus,denuo ſperãtibus,fermè eadem,quę etiam nunc facientibus,tẽpus vniuerſum præteriit. deinde adeò incogitantes eſtis (ſenſu cõmuni caretis) Ath. vt per quas(actiones) ex bonis (rebus)res ciuitatis factæ ſunt malæ: per eas illas actiones ſperetis,ex malis eas bonas fieri poſſe? Atqui neq; conſentaneum,neque naturale eſt iſtud. Longè enim facilius eſſe ſolet, poſſidentes tueri ( parta bona)quàm comparare omnia. Cenſeo igitur oportere conferre pecuniam, vos ipſos exire impigre,neminem in iudiciũ vocare(criminari)anteq̃ rerũ potiti fueritis. Tũc verò (cẽſeo oportere) ex ipſis factis iudicando, eos qui digni ſint laude, honorare,illos qui iniuſtè egerunt,punire: excuſationes autem tollere, & defectus ſtipendij ( reſtantias) Die Reſtans) (reliqua ) qui per vos fiunt. Nõ enim licet acerbè inquirere, quin ab aliis geſtum ſit, niſi à vobis ipſis primum præſtitum ſit officium. Nam cuius rei gratia, Ath. putatis, hoc quidem bellum fugere omnes, quotquot emiſeritis duces,priuatim autẽ inuenire bella? Si quid veri etiam dicendũ eſt de ducibus. quoniam hic (Athenis)quidem pręmia,pro quibus bellũ geritur, veſtra ſunt: Amphipolis ſi capta fuerit,ſtatim eam vos recipietis,pericula verò ducum propria ſunt,merces aũt nulla. Illic verò ( in bellis externis)pericula minora,ſed cõmoda(ſalaria)ducum & militum(ſunt)Lampſacus,Sigæũ,nauigia quę ſpoliauerint. Itaq; ad hoc,quod vtile eſt ipſis, ſinguli abeũt. Vos verò,cùm reſpexeritis ad malum

reip.

reip. ſtatum, duces in iudicium vocatis, quando verò, data dicendi facultate, neceſſitates (difficultates) audiueritis, eos dimittitis. Reſtat igitur vobis inuicem contendere, & diſſidere: aliis hæc perſuaſis, aliis alia, remp. autẽ (reſtat) detrimentum capere. Antea enim, Ath. tributum conferebatis per claſſes (ſecundũ ordines tribuum) nunc remp. adminiſtratis per claſſes. Orator dux eſt vtrorumq;, & Imperator ſub eo (eſt) & trecenti illi qui rempub. ſuſtentant, (οἱ βοησόμενοι, qui ita vocantur.) reliqui attributi eſtis, partim ad hos, partim ad illos. Oportet igitur hæc miſſa facientes, & veſtri iuris etiam nunc factos, liberum facere, & ius dicendi, & ius deliberandi, & ius agendi. Quod ſi aliis quidem, quaſi ex tyrannide veſtra, munus imperandi attribuetis: aliis verò, (attribuetis) cogi (vt cogantur) triremes inſtruere, tributum conferre, militare: aliis denique (attribuetis) decreta facere contra hos ſolũ, aliud verò nihil prorſus collaborare, nõ fiet à vobis quicquam in tempore, eorum quæ neceſſaria ſunt. ſemper enim ea pars, quæ iniuriam paſſa fuerit, vices ſuas non ſupplebit. deinde eos punire loco hoſtiũ vobis reliquũ erit. dico igitur ſummam (oportere) omnes conferre tributum, de illis quæ quiſque poſſidet, pro æqua parte: (oportere) omnes militatum exire per vices, donec omnes militaueritis: (oportere) omnibus in medium prodeuntibus dicendi locum dare, & (oportere) deligere optima quæq; eorum, quæ audiueritis, non quæ

ille, aut ille dixerit. Et ſi hæc feceritis, non Oratorem ſolum in præſens laudabitis, ſed etiam vos ipſos in poſterum. longè melius ſumma rerũ nobis ſe habente. (ſumma rerum in ſtatu longe meliore nobis conſtituta.)

# ARGVMENTVM LIBANII: ORATIONIS OLYNTHIACÆ TERTIÆ.

Miſerant auxilia Olynthiis Athen. & aliquid præclare geſsiſſe per ea videbãtur: idq́ ipſis annunciabatur. Populus valde lætus (erat,) & Oratores adhortabantur ad Philippi vltionem. Demoſth. autem veritus, ne confiſi, quaſi omnia (omnino) viciſſent, & ſatis iuſta auxilia miſiſſent Olynth. reliquorum (eorum quæ reſtabãt) paruam curam haberent, propterea progreſſus, acerbè carpit (ἐπισκώπτει) vel, (ἐπικόπτει, coercet, incidit, retundit) arrogãtiam eorum, & ad cautionem modeſtam animum traducit, dicens, nõ de Philippi vltione nunc ipſis eſſe Orationem (deliberationem) ſed de ſociorum ſalute. Sciebat enim, quod Athen. & alij fortaſſe nonnulli, ne res ſuas amitterent, curam habebãt, (curarent) (Athen. & alios curare) ſed (quod) de vlciſcendis aduerſariis minus ſolliciti erant. In hac oratione etiam manifeſtius attingit cõſultationem de pecunia theatrali & petit abrogari leges, quæ mulctam irrogant iis, qui cẽſent eam (pecuniam) fieri debere militarem. vt liberum & manifeſtum deliberare optima.

vt

*(vt demõſtraretur)(proferretur) deliberatio optimorum.) Hortatur deniq; in vniuerſum vt excitentur ad æmulationem maiorum, & (vt) militent ſuis corporibus(ipſimet.) Et reprehenſione magna vtitur aduerſus populum, eo tum tempore diſſolutum, & aduerſus Demagogos, vt qui non rectè præſint reipublicæ.*

## DEMOSTHENIS OLYNTHIACA TERTIA.

NON eadem mihi in mentem veniunt, Ath. ad cogitandũ, & cum ad res ipſas reſpicio, & cũ ad orationes(reſpicio) quas audio. Orationes enim de vlciſcendo Philippo, video haberi: vos autẽ(video) eò proceſſiſſe, vt oporteat proſpicere, (vt conſiderãdum ſit) ne (nos) ipſi prius(priores) detrimentum accipiamus. Nihil enim aliud mihi videntur qui talia dicunt, quàm errare, cum in mediũ afferũt vobis argumentũ(materiã) de quo deliberatis neutiquã verum(ſed alienũ.) Ego verò, admodum certò ſcio (optimè noui) aliquãdo licuiſſe reip. & ſua retinere tutò, & (licuiſſe) Phil. vlciſci. me enim verſante in rep. (ſub me) non ita pridem vtrunq; iſtud accidit. (agitatũ eſt.) at nũc perſuaſum habeo ( perſuaſus ſum ) hoc ſatis eſſe nobis anticipare(p̃ripere) primo quoq; tẽpore, vt ſocios ſeruemus. (ſi ſocios ſeruare poſſimus.) Nã ſi hoc firmũ fuerit(ſi hoc verè exiſtet) tunc etiam de illo, quomodo aliquis vlciſcatur illum, licebit conſultare. Sed antequam principiũ rectè cõſtitutũ fuerit ( ſuppoſitum, fundatũ ſit) vanum eſſe

puto, de fine qualẽcũq; habere orationẽ. Præſens itaq; tempus Ath. ſi alias vnquam, tunc præcipuè nũc, magna cura & cõſilio opus habet. Ego verò non quid conſulendum ſit de rebus præſentibus, difficillimum puto, ſed illud dubito, quo modo (qua forma) Ath. apud vos de iis dicendũ ſit. nam perſuaſum habeo, ex iis, quæ præſens & audiens cognoui, vos plures res amiſiſſe (vobis elapſas eſſe) quod nolueritis officiũ facere, q̃ quod non intellexeritis (nolendo, q̃ non intelligendo, i. ex negligentia potius, quàm ex inſcitia.) Rogo aũt vos, ſi libera voce (cum libertate) verba fecero, vt feratis, illud ſpectãtes, quod vera dicam, & propter hoc (dicam) vt reliqua (quæ reſtant) meliora fiãt. Videtis enim, quod ad omne vitiũ (ad quicq̃d eſt vitij) proceſſerũt pręſentia negocia, (pręſens reip. ſtatus) ex eo quod nonnulli ad gratiã (pro gratia) concionantur. neceſſarium aũt exiſtimo, pauca rerum præteritarum primũ vobis ſuggerere, (in memoriam reuocare.) Meminiſtis Ath. quando renunciatũ eſt vobis Philippũ (Philippus renunciatus eſt) in Thracia obſidere Heræũ oppidum, tertio aut quarto hoc anno (hoc triẽnio, aut quadriennio.) Tunc igitur mẽſis quidẽ erat μαιμακτ. October (Wolph.) September (Phil. Mel.) multis aũt verbis, & tumultu facto apud vos, decreuiſtis quadraginta triremes deducere, & vos ipſos (ciues) qui eſſent vſq; ad annũ 45 conſcendere, & talenta ſexaginta conferre. Et poſthæc hoc anno elapſo (eſt) ἑκατ. Iunius: (eſt) μεταγ. Iulius: (eſt) βοηδρ.

Augu-

Auguſtus:eo menſe vix poſt initia Cereris,ablegaſtis Charidemũ habẽtem decem naues vacuas (ſ.ciuibus) & quinq; talenta argenti. Vt enim nunciatum eſt Philippum ęgrotare,& mortuum eſſe (nunciatus eſt ægrotans & mortuus)allatũ enim eſt vtrunq;,non amplius vllum tempus(eſſe)opis ferendæ exiſtimantes,dimiſiſtis: Athen.claſſem, (apparatum claſſis,præfectũ claſſis.) Erat autem iſta occaſio ipſa(ſumma rerum gerendarũ.)nam ſi tunc illuc auxilia miſiſſemus, quemadmodum decreueramus cupide,non negocium faceſſeret nunc nobis Phil.tunc ſeruatus. Verũ ea quæ tunc geſta ſunt,nõ aliter eſſe poſſunt(facta infecta fieri non poſſunt.)Nũc verò,alterius belli occaſio adeſt.quæ?iſta(ſcil.)propter quam ẽt de iis mentionem feci,ne eadem (vobis) eueniant. (ne eadem committatis.)quomodo igitur vtemur, Ath. ea? niſi enim opem feretis totis viribus,pro virili,ſpectate(quæſo)quonam modo vos ( ipſi ) adminiſtrabitis(geretis)omnia pro Philippo. Olynthij potentiam quandam (vires magnas)nacti erant, & res ita erant conſtitutæ: neq; Philippus aggredi audebat eos, neque ipſi Philippum. confecimus nos,& illi nobiſcum pacem: erat illud ceu impedimẽtum quoddã Philippo, ac moleſtum, ciuitatem magnã imminere (inſidiari) ſuis occaſionibus,nobiſcum reconciliatã. Exiſtimabamus hoſtes faciendos(Philippo)homines(Olynthios) omni modo.& ꝙ omnes iactitabant tũc,hoc nũç factũ eſt quomodocunq;. quid igitur reliquũ ſit,

Athen. prçterquam opem ferre fortiter & alacriter, equidem non video. Nam præter turpitudinem, quæ nunc circunſtant, ſi neglexerimus aliquam rem, neq; metum, Athen. paruum video, qui incumbat rebus futuris. animatis quidem Thebanis, ita vt animati ſunt erga vos: deſtitutis verò pecunia Phocenſibus: nemine autem impedimento exiſtente Philippo res præſentes euertenti, inclinandi ſe (quin ſe inclinet) ad hæc negotia. Atqui ſi quis veſtrum eo vſq; differt facere officium, (is) vult videre cominus mala, cum liceret audire alibi fieri, & (vult) auxiliatores ſibi quærere, cũ liceat nũc aliis eũ auxiliari. quod enim eò deducentur res, ſi præſentia proiecerimus, fermè ſcimus omnes ſcilicet. (ſine dubio.) At quod quidem oporteat auxilium ferre, dixerit aliquis, omnes ſtatuimus, & auxilium feremus, verum, quo nam modo, id dicito. Ne igitur Ath. miremini ſi quid dixero præter opinionem multorum (inopinatum vulgo, plæriſq;). legumlatores cõſtituatis, ſed tempore horum legumlatorum (ſub hijs legumlatoribus) ne feratis legem vllam. ſunt enim vobis ſatis multæ. ſed eas qui in præſens (ad rem præſentem) vobis nocent, abrogate. Dico autem eas, quç ſunt de theatrali pecunia clarè admodum. & nonnullas, quæ ſunt de militãtibus: quarum illæ quidem pecuniam militarem, iis qui domi manent aſſignant theatralem (diſtribuunt.) hæ verò, eos qui ordinem non ſeruant (militiam detrectant, inordinatos) indemnes

omnes conſtituunt (impunitatem concedunt.) de-
niq; & eos qui officium facere volunt, demiſſiori
animo eſſe efficiunt. (abiectiores reddunt.) Poſt-
quam verò, hæc abrogaueritis, & viam tutam opti-
ma dicendi præbueritis, tunc quærite, qui promul-
get (ea) quæ omnes ſcitis eſſe vtilia. priuſquam hæc
faciatis, ne cogitetis quiſnam dicendo optima pro
vobis à vobis perire velit, nō.n.(vllū) inuenietis. prę
ſertim cum hoc ſolum futurum ſit reliquum, vt pa-
tiatur inique aliquod malum, (is) qui hæc dixerit &
ſciuerit, nihil autem iuuerit res; ſed & in poſterum
magis etiam quam nunc, optima dicere formida-
bilius faciet. Atq; Athen. iubere oportet eos ipſos
abrogare leges, qui eas promulgarunt. iniquum e-
nim eſſet, gratiā, quæ totam læſit remp. ijs qui tum
tulerunt adeſſe, (eſſe integram) odiū verò per quod
omnes melius ageremus, ei nunc qui optima di-
xerit, mulctam fieri (damnum eſſe.) Antequam au-
tem hæc præparetis, neutiquam, Athen. quēquam
dignemini (patiamini, velitis) talem tantumq́ue
eſſe apud vos, vt has leges tranſgreſſus pœnam non
det: neq; adeò ſtultum, vt in præuiſum malum ſe-
ipſum inijciat. Quin neq; illud vos ignorare opor-
tet, Athen. decreta nullius eſſe precij, niſi acceſſerit
voluntas, faciendi vobis cupide ea, quę decreta fu-
erint. Nam ſi decreta per ſe ſufficerent, aut cogere
vos ea quæ conueniunt facere: aut perficere ea, de
quibus ſanciunt: neq; vos multa decernendo, pau-
ca (parū) imò nihil horum ageretis: neq; Phil. tanto
iam tempore petulās & iniurius fuiſſet. Iamdudum
enim propter decreta (per decreta) dediſſet pœnā.

ſed hæc non ita ſunt. Nam actio cum ordine poſterior ſit oratione & ſuffragijs, vi & efficacia prior & potior eſt. Hoc igitur (hæc actio) oportet adeſſe, alia vero abunde ſuppetunt. Etenim apud vos ſunt, Athen. qui poſſunt dicere (orare) quę conueniunt: & vos omnium acutiſſimi eſtis ad intelligendum ea quæ dicta fuerint, quin & agere poteſtis nunc, ſi rectè feceretis. quod enim tempus, aut quam occaſionem, Athenienſes, hac præſenti (occaſione) meliorem quæritis? aut quando, quæ oportet agetis, ſi non nunc? an non omnia noſtra oppida præoccupauit homo? quod ſi & hac regione potietur, omnium turpiſſima patiemur, (rem omnium turpiſſimam.) An non, iſti nunc bello præmũtur (hoſtili animo ſunt) quos ſi bellum gererent, prompte ſeruituros recepimus? an non hoſtis? an nõ obtinet veſtra? an nõ Barbarus? an nõ (eſt) quodcunq; quis (eũ) appellarit? Verum, per deos, cũ hæc omnia neglexerimus, & cũ tantum non eũ adiuuerimus, eo ipſo tum tẽpore, authores horũ qui nã ſint, queremus? non enim nos ipſos authores eſſe dicemus, id quod ego probè ſcio. Neq; enim (Sicut .n. neq;) in belli periculis, fugientium quiſquam, ſe ipſum accuſat, ſed & imperatorẽ, & proximos quoſq;, & omnes potius. Sed tamen victi ſunt culpa omnium qui fugerunt ſcilicet, manere enim licuit ei qui accuſat, alios. quod ſi iſtud vnusquiſq; feciſſet, viciſſent. (Sic) etiam nunc, non dicit aliquis optima, aſſurgens alius dicat, non hunc accuſet. alius aliquis dicit meliora, hæc facite fauente fortuna, (bona.) At non iucunda (ſunt) iſta? non

iam

iam in hoc ipſe orator iniurius eſt. niſi ſi oporteat votis agere(optauiſſe)omittet(iſtud.)Etenim optare, Athenienſes, facile eſt (votis agere) ei qui colligauerit in vnum omnia quæ quis voluerit breui (tempore. Deligere vero (delectum rerum habere)quando de rebus propoſita fuerit conſultatio, nõ perinde facile eſt factu, ſed oportet optima pro iucundis, ſi non vtrũq; liceat, amplecti. (arripere.) At ſi quis vobis poſſit theatralem pecuniam relinquere, & aliam pecuniam militarẽ docere, nonne iſte potior eſt? dicat aliquis, fateor equidẽ. ſi quidẽ ſit, Ath. Sed miror, ſi alicui vnquã hominũ aut accidit, aut accidet, ſi præſentẽ pecuniã inſumpſerit ad vſus non neceſſarios(ad ea quæ non oportet) vt abſenti pecunia abũdet ad vſus neceſſarios.(ad ea quę oportet.) Verum arbitror, vniuſcuiusq; voluntas multũ facit ad huiuſmodi rationes. quapropter facillimum omniũ eſt ſeipſum decipere quod enim vult hoc quiſq; etiã exiſtimat (ſibi fingit) credit(ſuſpicatur)Res autẽ ſæpenumero non ita natura ſua ſe habẽt.(ſuapte natura eſſe ſolẽt.) Conſiderate igitur, Ath. hæc ita, pro vt & res ipſæ admittũt(ferũt,) &(pro vt)quomodo)poſſitis exire militatũ &(quomodo)ſtipendiũ habituri ſitis. Non ſanè prudentium, neq; generoſorum eſt hominũ, prętermittẽdo aliquid quod ad bellũ attinet; propter penuriã pecuniarum, facile huiuſmodi probra ferre: neq; eſt prudentiũ, &c. contra Corinth. & Megar. correptis armis proficiſci, Philippũ aũt ſinere vrbes Græcanicas mancipare, ꝑpter egeſtatẽ cõmeatuũ militãtibus. Atq; hæc non temerè inſtitui dicere, vt qui-

buſdam veſtrûm inuiſus ſim(odio ſim.) Non adeo imprudēs,neq; infelix ego ſum, vt inuiſus eſſe velim,nihil prodeſſe ſperans. Sed boni ciuis(eſſe)iudicò,publicam ſalutem eligere loco gratiæ,quæ in dicendo cōſiſtit.(reip.ſalutem præferre gratiæ quę eloquentia cōparatur.)Etenim audio oratores qui fuerunt tempore maiorum noſtrorū,quemadmodum fortaſſe & vos(auditis)quos(oratores)laudāt quidem omnes qui huc procedūt (qui hoc in loco verba faciunt) imitantur autē non admodum: hoc modo & hac conſuetudine in rep. vſos eſſe:nēpe, Ariſtidem illum,Niciam,cognominem mihi (Demoſthenem)Periclem. Ex quo verò (tempore) iſti apparuerunt(prodierunt)oratores,qui interrogant vos quid vultis? quid ſcribā? qua re vobis gratificabor? propinata ſunt pro præſenti voluptate (prodita ſunt repētina,momētanea) & gratia reip. negotia & talia contingunt.& horum quidem res omnes honeſtè ſe habēt,veſtræ verò turpiter. Atqui cōſiderate, Athen.quæ quis capita dicere queat rerum,quæ fuerunt ętate maiorum, & quæ ſunt ætate veſtra.Erit autē breuis & nota vobis oratio. non enim alienis vobis vtentibus exemplis,ſed domeſticis Athen.licet eſſe beatis. Illi igitur quibus non gratificabantur oratores, neq; amabant eos, quemadmodū vos iſti nunc, quadraginta quinq; annis Græcis imperarunt non inuitis plus(plura) quam decem millia talenta in arcem coegerunt. parebat ipſis rex, qui hanc regionē(Macedoniam) tenebat,vt par eſt Barbarum Græcis.multa & præclara trophęa etexerunt,& pedeſtri exercitu,& na-

ualibus

ualibus p̃lijs ipſimet (per ſe) militantes. Soli mortaliũ reliquerunt gloriã, partã reb. geſtis, ſuperiorem inuidentibus (non obnoxiã inuidiæ.) In rebus itaq; Græcanicis tales fuerũt. In rebus aũt, q̃ ad ipſam ciuitatẽ attinent, ſpectate quales (fuerint) tũ in publicis, tũ in priuatis. Publice quidem, ędificia & ornamenta (decora) huiuſmodi & tot (talia & tã multa) extruxerũt (ædificarunt) nobis templorũ, & quæ in tẽplis ſunt donariorũ, vt nulli poſterorũ excellentia relicta ſit. Priuatim verò adeò modeſti (ſobrij) fuerunt, & (adeo) vehemẽter in reip. cõſuetudine manebant, vt ſi q̃s veſtrũ forte nouit, Ariſtidis, & Miltiadis, & eius tẽporis illuſtrium (virorum) domum, quænã ſit (cuiuſmodi nã ſit) (quæ olim fuerit) videt (eã) nihil auguſtiorẽ eſſe domo vicini (ſui.) nam res ciuitatis (reſp.) non adminiſtrabantur ab ipſis ad opulentiã (ad abundantiã) (ad luxuriã) ſed quiſq; exiſtimabat cõmune (bonũ) (remp.) augendã eſſe. Ex eo aũt, ꝙ res Græcorum fideliter: res diuinas, pie: res inter ſe mutuas æquabiliter adminiſtrabãt, magnam meritò conſequuti ſunt felicitatẽ. Tunc igitur, hoc modo ſe res habuerunt, illis vtentibus præſidibus, quos dixi (cũ illis vterentur p̃ſidibus.) Nũc verò quomodo vobis, ſub bonis (iſtis) (p̃ſidibꝰ) qui nũc ſunt, ſe res habẽt? nõne ſimiliter, aut cõſimiliter (fermè ſimiliter.) Ac alia quidẽ taceo, multa cũ poſſem dicere. Sed videtis omnes à quanta ſolitudine correpti: (parentheſis lõga ſequitur, & ὑπερβατὸν) (idq; cũ Lacedæmonij quidem ſint perditi: & cum Thebani ſint occupati, (ſ. bello Phocẽſi) & cũ aliorum nemo ſit idoneus opponi nobis de principatu:

& cùm licuiſſet nobis tum res noſtras tutò tenere, tum aliorum iura diiudicare) finis parentheſeos.) priuati ſumus quidem propria regione: & amplius quàm mille & quingenta talēta inſumpſimus(plura quàm mille)ad rem nullam neceſſariã: & quos in bello ſocios parauimus, tempore pacis, amiſerũt iſti(ſc. præſides veſtri) & hoſtem in nos ipſos talem tantumq́; exercuimus. aut in medium progreſſus aliquis dicat mihi, vnde aliunde potens factus eſt, quã à nobis ipſis Philippus? Sed heus tu, ſi hæc male, at ea, quæ in ipſa vrbe ſunt(res vrbanę)nunc melius ſe habent? Ecquid aliquis dicere queat propugnacula, quę calce dealbamus(opere tectorio inducimus)& vias, quas inſtruimus, & fontes, imò nugas? Reſpicite quæſo, ad eos, qui talia (munera) publice obeunt: quorum alij quidem ex mendicis diuites facti ſunt: alij verò, ex obſcuris clari: nonnulli autem priuatas ædes publicis ædificiis auguſtiores exædificarunt. quanta verò res vrbanæ deteriores factæ ſunt, tantò res illorũ adauctæ ſunt. quænam horum omnium cauſa, & cur tandem omnia bene tunc habuerunt, & nunc nõ recte? Primũ quidem, quod populus ipſe cum auderet (ſuſtineret) militare, & dominus erat eorũ, qui publica munera obibãt(magiſtratuum)& dominus erat omniũ bonorum, & ſingulis aliis gratũ erat à populo participem fieri tum honoris, tũ magiſtratus, tũ boni alicuius: nunc contrariũ(fit)domini quidem bonorũ (ſunt) qui remp. adminiſtrant, ac per hos omnia gerũtur: vos aũt, populus ſc. eneruati, & mutilati(amputati) (i. priuati)opib. ſociis, in miniſtri & appendicis vice

eſtis,

eſtis, boni conſulentes ſi impertiant vobis portionem de theatrali pecunia: aut buculas ſi miſerint iſti: (βουδρόμια, i. prædã de militia, vt Chares fecit in feſtis βουδρομίοις.) Et quod oĩum minime virile eſt, inſuper fatemini debere vos gratiam pro veſtris ipſorũ beneficiis: Illi verò in ipſa vrbe incluſos vos ſubducunt ad iſta, & cicurãt manu aſſuetos ſibi facientes. Nunquã verò eſt (nunq̃ licet) arbitror, magnum & iuuenilẽ ſpiritum (generoſos animos) ſumere (eos) qui parua & praua agunt. qualiacunque enim ſtudia hominum fuerint, talem neceſſe eſt & ſpiritum (animos) habere. Per Cererem, non miratus ſim hæc, ſi mihi dicenti ferant maius damnum à vobis, quàm iis qui autores fuerunt, vt ea fierent. Non enim libertas loquendi de quauis re ſemper apud vos eſt. verum equidem quod & nunc fuit miror. Si igitur etiã nunc omiſſis iſtis moribus (abſtinentes ab) voletis & militare, & agere pro veſtra ipſorum dignitate, & (ſi) vtemini iſtis domeſticis facultatibus, pro occaſione ad externa bona, fortaſſe Ath. fortaſſe perfectum aliquod & magnum comparaueritis bonum, & ab huiuſmodi acceptionibus liberi fueritis, quæ ſimiles ſunt cibariis, quæ ægrotis à medicis dantur. Etenim illa (cibaria) neque robur indunt, neque mori ſinunt: Sic etiam ea, quæ diſtribuitis vos nunc, neq; tanta ſunt, vt vtilitatem aliq̃ ſufficientem habeant, neq; deſperatos aliud quiddã agere ſinãt, ſed ea ſingulorũ veſtrûm ſocordiã adaugent. Igitur tu dicis ſtipendiũ faciendũ ciuibus (pro ære merendũ ciuibus) dicet aliquis? Et ſtatim quidem, eundem ordinẽ omnium, Ath.

(debere eſſe dico) vt quiſq; partem capiẽs de communi (vel publica) pecunia, cuiuſcunq; (rei) ciuitas opus habeat, ad hanc promptè vtilẽ ſeipſum exhibeat. Licet agere otiũ? domi manẽs melior es liberatus à faciendo aliquid turpe neceſſariò propter inopiam: Accidit aliquid tale quale & nunc? (melior es) ipſe miles exiſtens (militans) de iis ipſis acceptionibus, i. de pecunia theatrali) perinde vt iuſtum eſt, pro patria. Eſt aliquis veſtrum extra ętatem militarem? iſte quæ nunc inordinatè accipiendo nihil ꝓdeſt, ea ſeruato ordine (in æquo ordine) accipiat, omnia inſpiciens & adminiſtrans quæ agẽda ſunt. In vniuerſum, neq; adimens, neq; addens, prætter pauca, cõfuſione ſublata, in eundem ordinem ciuitatẽ redegi, vt capiant, militent, iudicent, id faciant, quod quiſq; per ætatẽ (facere) põt. (accipiendi, militandi, iudicandi, faciendi) & cuius (rei faciendæ) occaſio oblata ſit, ordinẽ conſtituens (æqua conditione conſtituta.) Nõ eſt vbi ego dixerim, ꝙ oporteat diſtribuere iis qui nihil faciũt, ea quæ ſunt illorũ, ꝗ officio functuri ſunt: neq; (eſt vbi ego dixerim) (quod oporteat) vos ipſos torpere, & otiari, & egere (hæſitare) ꝙ verò cuiuſdã (alicuius) peregrini milites vincãt hæc percontari. hæc. n. nunc fiunt. Neq; reprehendo eum, qui facit aliquid vtile pro vobis. ſed & vos ipſos ꝓ vobis ipſis velim agere hæc ꝓpter quæ alios honoratis: & (velim vos) non concedere: Ath. de ordine virtutis, quẽ nobis maiores multis periculis partum reliquerũt. Fermè dixi, quæ conducere puto. vos autem eligere velitis, quodcunq; & reip. & omnibus vobis ſit profuturum.

*Finis tertiæ Olynthiacæ.*

Biblioteka Jagiellońska
stdr0029805

Bodinus
De
Republica

A
Opot. Lit.
N. 5